



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



669
C 23

ANTONII SCHULTINGII

NOTAE AD TIT. DIG.

**DE VERBORUM SIGNIFICATIONE
ET REGULIS JURIS.**

ANTONII SCHULTINGII,

QUONDAM IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

JURIS ANTECESSORIS CELEBERRIMI,

NOTAE AD TITULOS DIGESTORUM

D E

VERBORUM SIGNIFICATIONE

E T

REGULIS JURIS.

EDIDIT, ATQUE ANIMADVERSIONES
SUAS ADJECIT

NICOLAUS SMALLENBURG,

IN EADEM ACADEMIA JUR. CIV. PROF. ORD.

LUGDUNI-BATAVORUM,

TYPIS HONKOOPIANIS,

M D C C X C I X.

Qui jus civile contemnendum putat, is vincula revellit non
modo judiciorum, sed etiam utilitatis vitaeque commu-
nis: qui autem interpres juris vituperat; si imperitos
~~juris effe dicit, de hominibus, non de jure civili detra-~~
hit. Sin peritis non putat esse obtemperandum: non
homines laedit, sed leges ac jura labefactat.

CICERO pro Caecina,



L E C T U R I S

S. P. D.

NICOLAUS SMALLENBURG.

Et si forte non deērunt, quibus mirum videatur, me in tanto Juris Romani contemtu, quo multorum hominum animos hodie inscitia implavit, has *notas Schultingianas* in lucem emittere; ingenue tamen fateor, hunc ipsum contemtum non minimam fuisse rationum, quae, ut manus operi admoverem, me impulerunt.

Juris Romani laudes atque virtutes multis verbis celebrare, neque in animo habeo, neque, si haberem, necesse foret. Praeterquam enim quod jam multi ante me hoc stadium decurrerunt, sunt illae quoque adeo perspicuae & in oculos incidentes, ut vix demonstratio-
nis egeant. Quapropter, quotquot hujus ju-
ris intelligentes sunt, praestantiam ejus prae-

II P R A E F A T I O.

ceterarum quarumvis gentium jure civili agnoscunt omnes, atque uno ore fatentur, haud facile dictu esse, quid magis in Veterum legibus admirari debes, *divinam*, quam spirant, sapientiam, an summam, qua conspicuae sunt, aequitatem.

Cum igitur istius contagus caussa in ipso Jure Romano nulla, omnis in hominum inscita versetur; unica profecto & efficacissima est res, qua contentui accurredimus, si Juris Romani studium, quounque fieri possit modo, augeamus, atque homines ad ejus discendi laborem impellamus.

Quae cum anima reputarem, atque cogitarem, quantae e turpi Juris Romani neglectu redundaturae sint calamitates, cum in societatem civilem, quae sine recta justitiae administratione nulla est, tum etiam in bonas literas, quae ut Juris Romani cultu suum honorem & gloriam magnam partem tutatae sunt, ita vicissim Juri Romano tantum & roboris & ornamenti impertinent, ut in eo sine illis nihil praeclari a quoquam praestari possit; haec igitur quum mecum reputarem, factum est, ut porro, quaerere coeperim, an forte & ego illorum virorum conatibus, qui Juri Romano consultum cupiunt, adferre aliquid adjumenti pro viribus possem. Qua in cogitatione nihil mihi aptius huic consilio visum est, quam has no-

tas

sas Schultingianas in lucem proferre. Si quid enim est, quod possit hominum animos move-
re, hoc sane est SCHULTINGII nomen, Viri illius praeciali, quem, si Cujacium excipias,
omnium JCtorum principem merito dixeris: cu-
jusque adeo notis, nondum editis, edendis,
inque usum omnium evulgandis, non modo
mihi videbar magnam apud Juris Romani fau-
tores atque patronos gratiam initurus, sed
etiam reliquos, quorum in pectore hujus ju-
ris studium frigescere coepit, excitaturus, ut
aliquantum temporis illi rursus impendant.

Sed quid opus pluribus exponere, quae ad
has notas edendas me impulerint. Quae com-
memoravi sufficient, ut quilibet intelligat, non
nisi honesta ratione motum, hunc me laborem
suscepisse. Verum quod sciri magis interest,
quodque adeo paulo plenius explicandum, na-
turam spectat indolemque harum notarum, &
quam ego rationem in iis edendis tenuerim. At-
que haec duo mihi praecipua hujus praefatio-
nis capita erunt.

Nimirum Schultingius, merito existimans,
Juris Romani intelligentiam ex ipsis praecipue
Romanorum legibus petendam esse, quemad-
modum harum maxime studio oblectabatur, sic
quoque, ut erat laboris longe patientissimus,
nihil omittebat, quod videretur ad eas exor-

nandas illustrandasque conferre aliquid posse.
Hinc non modo optima quaeque suae aetatis de
Jure Civili scripta perscrutabatur, sed, quod
utinam in usu omnium versaretur! exteros quo-
que auctores veteres cum Graecos tum Latinos
accuratissime legebat, ne Patribus quidem, qui
vocantur, Ecclesiasticis neglectis *, eorumque
lucubrationes in usum inque rem suam diligen-
ter convertebat.

Hoc autem paecto quotidie eum insignes col-
legisse opes, nemo, nisi fungus sit, non intel-
lit. Sed, ne forte illae memoria exciderent,
eas usui, ad quem destinatae erant, sedulo ac-
commodebat, unumquodque, qua erat inge-
nii acie, ad eum juris locum referens & in
marginē adnotans, ad quem exornandum illu-
strandumque videbatur spectare, suasque subin-
de, si tē id postularet, animadversiones adjiciens.

Hinc jam natae sunt illae *notae Schultingia-*
nae. In quibus colligendis a quo tempore ini-
tium fecerit Vir Clar., mihi non apparuit, li-
cet nullus dubitem, quin mature jam id facti-
tare consueverit: profecto, longo satis tem-
pore opus esse ad tam immensas divitias ex
omni antiquitate sibi comparandas, quis ibit
inficias?

Vide-

* Vid. Orat. J. J. Vitriaril *in obitum Clar. Schultingii*,
adjectam ejus *thesibus* controv. p. 597. & p. 604. *in fin.*
¶ Segi.

P R A E F A T I O.

v

Videtur autem Schultingius primum notas suas adposuisse ad editionem Corporis Juris Dion. Gothofredi in 4^o. a. 1652. Sed, cum illud exemplar continuo usu fere esset contritum, adeo ut notata sine difficultate legi amplius non possent, in animo habuisse videtur, illa omnia ad aliud exemplar transcribere: quin & transcriptis ad editionem Corporis Juris, quam procuravit Sim. van Leeuwen a. 1663, in fol. Atamen hanc operam non perduxit ultra Institutiones, ad quas pauca tantum nota-vit, & Digesta; sive quod tempus ipsum de-fecit, sive forte, quod minus necessarium existi-mavit eandem reliquis diligentiam adhibere, quippe quae minori etiamnum difficultate legi possint.

Mortuo autem Schultingio, ex testamento ejus omnia, quae reliquit, MSS. & observatio-nes ineditae *, adeoque & duo illa Corporis Juris:

* Vid. laud. ordt. p. 611. Ipse quoque Clar. Rucker ad exemplar in fol. haec adscripsit:

Hos stupendae eruditio[n]is thesauros collegit, suaque me-nu huc congegit V. C. Antonius Schultingius, Job. J-lius, J[uris]torum post Cuzacium princeps, Antecessor Leiden[s]is: Ex Ejusdem Summi Viri ultima voluntate has Schultingianae Jurisprudentiae gazaras possideo Joannes Conradus Rucker, J[uris]tor. Leidae d. 24. A-pril. 1734. Vid. V. C. J. J. Vitriarii Oratio fu-nebris in obitum Schultingii.

Juris exemplaria, pertinente ad Virum egregium, quem merito multum semper dilexit Schukingius, J. H. C. N. R. RUCKERUM: quo item mortuo, emta sunt satis grandi pretio a Curatoribus Academite Lugduno-Batavae, & in Bibliothecam publicam illata: ubi adhuc servantur. Cujus aditus, quo fruor, copiam mihi fecit, has notas in usum omnium evulgandi.

Quae breviter a me exposita sunt, sufficere arbitror, ut, quanti pretii illae notae aestimandae sint, quodammodo judicari possit. Continent enim illae, ut jam intelligitur, veluti summam lectionum cogitationumque, quas per totam fere vitam de Jure Civili instituit Vir eruditionis, sapientiae, ingeniique fama praeclarissimus. In quibus adeo merito exspectamus multa reperiri exquisitoris doctrinae, quaeque apud alios Juris interpretes frustra quaesiveris: multa, quae Juris nostri locis obscuris novam lucem adsunt: multa item, quae aliis locis, haud

Et ad alterum exemplar in 4to. sequentia:

Huic Corpori Juris Civilis notas perpetuas manu sua adscriptis J. Ctorum post Cujacum princeps, V. C. Antonius Schultingius, Joh. Filius, Antecessor Leidenensis: Ex summi hujus Viri ultima voluntate hos Schultingianae eruditionis thesauros possideo Joannes Conradus Rucker, J. C. Leidae d. 24. April. 1734. Vid. Viri Cl. J. J. Vitriarii oratio funebris in obitum Ant. Schultingii.

haud dubiam licet interpretationem habentibus, majorem addant auctoritatem & elegantiam. Et profecto hanc spem nostram nos non fefelleré, attenta, quam merentur, ipsarum notarum lectione, abunde experiemur.

Ut adeo mirum sit, has divitiarum Schultingianarum copias tamdiu latuisse, neminemque adhuc fuisse repertum, qui iis in usum omnium evulgandis operam dederit: nisi forte molestiae, quae hic quamplurimae oboriuntur, alios, quo minus opus aggrederentur, deterruerint: quæque etiam me deterruissent, nisi uberrimi, quos inde elegantiori Jurisprudentiae Romanæ sperabam, fructus, & aetas laborum patiens, has maximam partem dispulissent.

Venio ad alteram hujus praefationis partem, qua via atque ratio, quam in hisce notis edendis tenuerim, paucis mihi exponenda est.

Primo itaque, notas illas edendas curavi, quemadmodum eas adscripsit Schultingius ad editionem Corporis Juris Sim. van Leeuwen in fol.; non tantum quod annotata possunt ibi melius & facilius legi, quam in altero exemplari; sed imprimis hanc ob causam, quod Vir Clar., quando notas suas transcripsit, subinde eas castigavit, nonnunquam etiam emendavit & auxit; ut adeo has posteriores merito curas secundas dixeris. Quod tamen non ita accidet.

accipi velim, quasi priores plane neglexerim: immo vero est apud me tanta Schultingii auctoritas, ut nihil quicquam ab eo scriptum proditumque ullo mihi unquam modo negligendum putem. Igitur & has quoque continuo contuli, & si quando in iis varietas alicujus momenti appareret, illud ad finem paginae indicavi.

Deinde, cum memoriae Schultingli deberi videretur, ut ejus annotationes, quantum fieri posset, accurate castigateque in lucem proferrentur; non tantum singula loca e Jure Civili, quae allegavit, sedulo perlegi; sed unumquemque adeo ab illo memoratum & ad partes vocatum, vel Juris interpretem, vel alium auctorem sive Graecum sive Latinum, diligenter contuli. Quae res, molesta saepe licet, nec sine magno temporis dispendio peracta, hunc tamen mihi fructum attulit, ut non modo complura loca accuratius & plenius edere possem, quam quidem a Schultingio erant nota; sed etiam nonnullos errores animadvertem, quos Vir Clar. in Legum locis, auctoriibusque allegandis hic illuc commisit: qui tamen, cum haud raro, ut sit, ex illa quam dixi transcriptione orti sint, saepe facili negotio collatione alterius exemplaris corrigi potuerunt. Ceterum haec a me navata opera non solum fructuosa mihi multis nominibus, sed aliquando etiam prorsus necessaria fuit. Et enim, cum

cum Schultingius annotationes illas non in aliorum, sed in suum maxime usum conscripserit, non necesse habuit, singula tam accurate & tam plene notare, quam quidem alioquin haud dubie fecisset: hinc autem factum, ut non raro admodum difficile sit discernere, ad quae verba, aut ad quam legis periodum, nota adscripta pertineat, praesertim si plures diversas annotationes ad eandem legem adposuit, eaque in sola fere consistunt locorum auctorumve allegatione: quo in negotio summa non tantum attentione opus esse, ut mentem Viri Clar. recte adsequaris, sed omnem etiam laborem saepe frustra esse, nisi ipsa loca auctoresque allegatos inspicias consulasque, unusquisque facile percipit.

Denique, notis Schultingii adjeci etiam nonnullas animadversiones, de mea penu depromtas, sive longiores sive breviores, prouti res postulare videbatur. De quarum pretio aliquid statuere, meum non est. Hoc unum tantum dicam, non esse illas studiose a me conquisitas, ut occasionem aliquid scribendi haberem: hac enim cupiditate non afficiar: sed natas esse unice omnes ex diligenti ipsarum notarum Schultingianarum meditatione; qua factum, ut modo aliquid animadverterem, quod post Schultingium ab aliis quoque observatum esset; quorum adeo virorum opiniones & conjectu-

jecturae auctoritate Schultingii confirmarentur: modo aliquid observarem, egregium illud quidem, sed adeo breviter & concise notatum, ut sine ulteriore quadam illustratione a paucis tantum intelligeretur: modo denique deprehenderem, quod vel ab aliis post Schultingium melius explicatum esset, uti Vir Clar. & veritatis amansissimus, si viveret, ipse agnosceret; vel quod ab ipso praetermissum, aliave qua ratione, quam adhuc factum, forte esset expōnendum. Has igitur animadversiones, si res tanti esse videretur, hic illic indicare non dubitavi, summorum virorum auctoritatem secutus, ut & molestias, quae ex continua Legum auctorumque collatione necessaria triebantur, diligentiori quadam ipsarum rerum, de quibus agebatur, indagatione aliquanto jucundiores mihi redderem, eorumque commodis, qui ju-
risprudentiae Romanae operam nevant, pro viribus consulere.

Ceterum, si cui forte mirum videatur, me initium cepisse ab edendis Schultingii notis suis, quae sunt ad titulos Digestorum *de verborum significatione & regulis juris*, ejusque consilii rationem querat, candide dicam.

Nimirum, licet dubitare vix possim, quin nomen SCHULTINGII apud nonnullos paulo erectiores homines aliquid ponderis & auctori-
tatis habiturum sit, ea tamen est, quae vivi-
mus,

P R A E F A T I O.

mus, temporum ratio, ut, quis suscepit hujus laboris eventus futurus sit, nemini augurari licet. Quod eo magis dico, quoniam hae notae Schultingii, sicuti & reliqua quae de Jure Civili reliquit scripta, ejus generis sunt, ut non omnium usui inservire possint; sed, si inde eam, quam praestare possunt, utilitatem petere velis, animum requirant valde attentum & haud vulgari Juris Civilis scientia jam instructum. Quapropter consultius duxi, praemissio aliquo veluti specimine, eruditorum hominum judicia prius experiri; hosque igitur titulos selegi, quippe qui non adeo magni molimini, absolutum tamen quodammodo opus per se continent; ea autem mente, ut, si eventus consilio respondeat, justusque sit numerus eorum, qui has notas Schultingianas possidere cupiant, non tantum quantocytus Viri Clarissimi ad alia Juris capita annotationes in lucem proferre, sed &, si Deus mihi vires largiatur, notas Schultingii, quas ad unamquamque Corporis Juris partem adposuit, publici juris facere constituerim.

Quae igitur meae partes futurae sint, a sortependebit, quam hae pagellae experientur, quae si spei voluntatique nostrae responderit, eadem industria, qua institui, in opere perficiendo pergam; sin minus, tempori cedam & a proposito desistam, contentus, me saltem

co-

conatum esse, aliquid mea opera conferre ad Jus Romanum exornandum, ejusque studium, quod magni ego facio, apud alios quoque in communem utilitatem excitandum & augendum.

Scribebam Lugduni-Batavorum Idib. Septemb. MDCCXCVII.

ANTO-

ANTONII SCHULTINGII

NOTAE AD TIT. DIG.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

Titulos de *verborum significatione & de regulis Juris* non debuisse conflari *, sed quodque relinquentur.

* Verissimum est, quod motuuit Bynkersh. *Obs. VII. 18.* In regulis & sententiis *Juris Civilis*, quoniam generaliter scriptis, si quis non recurras ad ipsos libros *JCtorum*, unde desumptae sunt, easque exponat ex argumento, quod idem prae manifestis est, nac ille saepe perniciofissime erraverit. Add. *Eckhard. Hermen. Juris I. 5. §. 202. seqq.* Sed recte quidem inde colligitur, maiore hic cautione opus esse, ne forte Legis verba, ultra quam par est, extendas; adeoque operae pretium fecisse illos *Vires Doctos*, qui quodque Fragmentum ad materiam, ad quam pertineat, referre conati sunt; quo in negotio noster Schultingius quoque admodum diligens fuit, & reliquis saepe palmam praeripuit. Verum minime inde sequitur, Titulos illos construi non oportuisse, quorum egregium, modo prudentes simus, in Jure interpretando usum nemo facile negaverit. Add. *Jac. Gothofred. in praefat. & Comm. ad rubr. tit. de regul. Juris.*



quendum fuisse suo loco , vult Pard. Pratejus in *Jurisprud. Med.* I. 30. [in Thes. Otton. *Tom. III.* p. 520. & seq.]

In verborum proprietate atque origine indaganda Stoicos imitati sunt JGti. Merill. *Qbs. I. 10.* &² 26. *

Jctorum summus circa verborum proprietatem labor est. Quintilian. *Instit. Orat. V. ult. in fin.*

Verborum significatio & usus pro temporibus differunt, & quae olim usitata fuere verba, glossatum loco nunc habentur. Marc. Anton. IV. §. 33. ubi vid. Gatak.

L. I.

ULPIANUS lib. I. ad Edictum.] Cujacius refert ad cautionem damni infecti **; sed Charondas ad Tit. Si quis jus dic. non obtemperaverit. Quod magis probarem.

Verbum hoc, si quis, tam masculos, quam feminas complegitur.] Vid. Nonium Marcellum voc. cuius. p. 197. [edit. Paris. 1614.] Facit Cyprianus de discipl. & habit. virgin. §. 3. In masculo simul significatur & femina.

Tam masculos, quam feminas.] *Reges regentes.* Vid. Charond. ad l. 7. §. 4. de pacis. Cujac. in *Not. posteriorib. ad Tit. Instit. de Lege Aquil.* Petr. Fabrum Semestr. I. 23. † Exemplum quoque est apud Ulpian. in *Fragm. tit. II. pr.*

L. II.

* Add. Eckhard. *Hermen. Juris I. 4.* §. 129. ibique Walchium.

** Sive ad eam partem Edicti de damno infecto: si quis postulaverit sibi caveri &c. l. 4. §. 8. de damno infecto. Ita quoque Pothier. in not. ad h. l.

† Add. Clar. Jac. Voorda, *Interpr. III. 10.*

L. II.

[**PAULUS lib. I. ad Editum.**] Agens de *Juris dictione.* Charond. quod probo.

[**Urbis appellatio &c.**] Conf. I. 87. & I. 139. h. t. Dio. Cass. *Histor.* lib. XLVIII. p. 383.

[**Quod latius patet.**] Vid. Dionys. Halicarnass. *Antiq.* lib. IV. p. 218. & seq.

§. I.

[**Cujusque diei major pars est horarum septem pri marum diei, non supremarum.**] Basilic. habent 12. sed apud Eustath. τέταρτη ημέρα. Διατάξις τοπίου ἡμέρας, legitur ita, uti hic. Vid. Cujac. & Goedel. h. *

Pri

* Ad alterum exemplar in 4to. haec annotavit Schultingius: Basilic. habent 12. quod miror omittere *Cujactum*, apud quem & Goedaeum multa sunt bona, & ex quibus dubitare quis posset, an Basilius' lectio non sit vera. Eustath. τάκην τυλγ. queritur.

Basilicorum lectionem probant quoque Auct. Faber Conject. XXI. 19. & Nic. Catharinus Obs. II. 55. in Thes. Meerman. Tom. VI. p. 782. Sed septem legitime quam in Paed. Florente. Quod ad rem ipsam pertinet, per se immerso arbitror, utram lectionem sequaris. Scil. de die naturali hinc agi, manifestum est. Dicitur natura dies autem, mihi nouus, est tempus decurrente ab origine solis usque ad occasum. Hoc tempus Romani sive seculare sive hieme dividabant in XII horas. Quia de re videndum est Grosoy. ad Seneca in *Hercul.* furent. vs. 842. & Drakesb. ad *Sil.* Italle. IV. vs. 89. Add. Fabrot. Exercit. I. in Thes. Otton. Tom. III. p. 1163. & seq. Proinde dignitatem cuiusque diei partem sufficiebant sex horae: quibus adeo impletis, ita ut hora septima jam esset inchoata, major diei pars praeeret. Nam,

A 8

quid

Primarum] i. e. ab ortu solis. Aliter Ant. Augustin. *Emend. IV.* 13. [in *Thef. Otton. Tom. IV.* p. 1546.] non bene.

L. III.

ULPIANUS lib. II. ad Edictum.] Ad materiam vadimonii pertinet.

S. I.

*Ejus, qui apud hostes deceffit, dici hereditas non potest, qui * servus deceffit.] Conf. Paulum in Sentent. III. 4. §. 8. & Ant. Fabrum Jurispr. Papin. scient. p. 647.*

L. IV.

PAULUS lib. I. ad Edictum.] Ad materiam formularum referunt.

No-

quin major pars recte dicatur, quae vel uno momento alteram vincit, nullum potest dubium habere. Si igitur *sex* legas, tunc intellige *sex horas impletas*, ita ut *septima* jam sit inchoata. Si vero *septem*, tunc quod in lege docetur, ita accipendum est, ut sufficiat *horam septimam esse inchoatum*. Et sane emphasis in lege non statuenda est in voce *septem* vel *sex*: quae enim ratione quantitatis habenda esset major diei pars, quilibet intelligebat, neque opus, illud lege definire: sed in voce *primarum*. Quod manifesto quoque ostendunt verba finalia *non supremarum*. Add. Cujac. *ad libros Pauli ad Edic.* in explic. b. 1.

* Al. *quia*, rectius. Duae hae voces saepius permutantur. Vid. Aucto. Obs. Jur. Civ. cap. 7. & Clar. Herm. Cannegiesser. Obs. Jur. Rom. p. 393.

Nominis] Basilic. γενητής non bene.*

L. V.

IDEM lib. II. *ad Edictum.*] Et hanc legem ad tractatum de formulis refert Charondas. Jac. Gothofred. in *Comm. ad l. 106. de reg. jur.* ad quaestio-
nem de *vindiciis*. Junge & *l. 15. de tutor.* & cu-
rat. dat. unde alius casus.

*Rei appellatio latior est, quam pecuniae, quae ***
etiam ea &c. cum pecuniae significatio ad ea refe-
ratur, quae in patrimonio sunt.] Festus h. v.
Pecunia sacrificium fieri dicebant, cum frugum
*fructuumque caussa mola pura offerebatur in sacri-*ficio, quia omnis res familiaris, quam nunc pecuniam**
dicimus, ex his rebus constaret.

§. I.

* Nec tamen, ut videtur, male: *nominis* enim & *chiro-*
graphi appellatio ejusdem fere potestatis est. Vid. *l. 44.*
§. 5. de Legat. 1. & l. 59. de Legat. 3. Eodem modo
idem vocabulum Graeci quoque verterunt in seq. *l. 6.* Unde
satis certum, eos hic legisse *nominis*, uti & Florentiae
est. *Vulgatam* tamen lectionem *pecuniae* Goeddaeus aliquie
sequuntur; sed sine necessitate. Videntur enim Graeci legem
bene interpretati, vocem *rem* vertentes κιχεισημίον πρᾶγμα,
i. e. *rem debitam*. Exemplum vide in *l. 59. in fin. de*
Legat. 3. De occasione autem, qua haec scripsit Paulus,
vid. Cujacium *ad libros Pauli ad Edict. in explic. b. l.*

** Florentiae legitur *qua*; sed Graeci ιωαδη η, quia etiam.
Leunclav. *Notat. II. 126. in Thes. Ottom. Tom. III. p. 1530.*
Quae duae voces *qua* & *quia* saepe locum mutant. Vid. Byn-
kersh. *Obs. VII. 1. in fin. & 25. add. Best, de rat. emend.*
leg. cap. I. num. 7.

Q. . . . Art. Scholasticis nosce

*. §. I. de loco & oper. rei.

Opere locato conducto. &c.] Junge l. i. de oper.
serv. vid. Scip. Gentil. de divid. & individ. obli-
gar. cap. 16. [oper. Tom. I. p. 151. seq.] & Ne-
rium Analect. I. 29. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 362.
& seq.] Facit l. 51. §. i. loc. cond. & l. 80. §. i.
ad Leg. Falcid.

L. VI.

Nominiſ & rei] Basilic. ναμαρτίν καὶ περιγραφας.

§. I.

Verbum, ex legibus, &c.] Ad l. 7. de Ju-
risdict. refert Cujacius. Sed hic Ulpianus inter-
pretatur verbum *ex legibus*, de quo ibi nihil.

L. VII.

Sponsio] εὐθέα Basilic., sed nimis late.

L. VIII.

Verbum, oportebit, &c.] Al. oportet. Sed
Basilic. ἔργοπειρ, uti hic. Nihil mutandum; etsi
velit Cujacius h. & ad Nov. 7. Basilic. Scholia dant
casum.

§. I.

Actionis verbo non continetur exceptio.] In edicto
de edendo, de quo hoc libro egit Paulus, & sic Schol.
Basilic. Aliter in l. i. Cad. de poen. jud. qui mal.
judic, ubi vid. Cujac. in paratitl.

L. IX.

*** Sed filii rei hic potius sumendum & nominativo ſequi.**
Vid. Grotium in Flor. Spars. p. 303.

L. IX.

ULPIANUS lib. V. *ad Edictum.*] Lib. XV.
Cujac. h. quod non probo, Junge l. 2. *quib. ex
causs. in poss. eat.*

Marcellus apud Julianum notat*, verbo PERISSE &
scissum & fractum contineri, & vi raptum.] Atque
intendere quem posse rem talem perisse. Vid. Schol.
Basilic.

Perisse.] Vulg. *rapuisse.* Quod probat Mercer.
Conciliat. p. 112., non ego.

L. X.

IDEM lib. VI. *ad Edictum.*] De postulando
agens, & forte de postulanda missione in bona.

Sine ulla exceptionis perpetuae remotione] Facit l. 3.
§. i. de pec. constit.

Quod si natura debeatur, non sunt loco Creditor
rum.] In tantum scil., ut non omnia ea facere
possint, quae alii Creditores, uti bona possidere &c.
In quibusdam tamen sunt loco Creditorum, ut in
causa compensationis. Vid. Goedd. h. & Vin-
nium Select. I. 49.

Sed si** non sit mutua pecunia, sed contractus,
Creditores accipiuntur.] Junge l. 12. h. t. & vid.
Cujac. in paratitl. *ad tit. Cod.* si cert. pet.

L. XII.

* Julianum hic a Marcello notari, quod vi raptum verbo
perisse contineri negaret, observavit Cujac. in Comm. ad b. l.

** Sed & si &c. Sed contractus, id est, sed alius quilibet
contractus. Ita Pothier. in not. ad b. l.

Annot. Schultingii notae

L. XII.

ULPIANUS lib. VII. ad Edictum.] Leg. lib. VI. Junge l. 10. h. t.

§. I.

Minus solvit, qui tardius solvit: nam & tempore minus solvitur.] Facit locus Apollon. Rhodii Argon. III. vſ. 144.

Αμβολίν· οὐ γάρ καὶ αφαιρετέρη χάρις ἔστι.

[nec ulla sit

Mora; alioqui jejunior erit gratia. ed. J. Shaw.]

Inde dies auferre Cicer. pro Quint. cap. 5. pro impetrare dilationem, add. Caesar, de Bello Civil. III. 32. Accedebant ad haec gravissimae usurae &c. quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant. Polyb. Excerpt. Peiresc. p. 157. Αυτοτίταν τιπὶ τὸν χεόντα. Phaedr. lib. IV. Fab. 25. vſ. 11.

*Et hoc minus perveniet ad me muneris,
Quo plus consumet temporis dilatio.*

L. XIII.

§. I.

*Quoniam plerumque plus est in manus pretio *, quam in re.]* Quintilian. Instit. Orat. II. 20. Plus in

* Brisson. Sol. Antiq. IV. ult. legendum censet manus pretio. Sed utrumque dicitur. Vid. Trekkell. in not. ad d. l. Brisson. Sic Livius XXXIV. 7. Praeter manus pretium. ubi vid. Drakenb. Manuum mercedem dixit Sallust. Cætilian. cap. XXXVII. ad quem locum vid. Cortium.

ad tit. Dig. de Verborum Significatione. 9

*In manibus fuisset, quam in marmore. Graeci ratis
xigoi τὸ τιμητόν perperam.*

§. 2.

*Ne amittere ejus possessionem possimus. §. 3. Ob
hoc, quod furto pridem subtracta est.] Delenda
§. 3. & uno spiritu legendum possimus ob hoc, quod
furto &c. Atque ita legisse quoque videntur Graeci.*

L. XIV.

*Quoniam earum rerum pretium non in substantia,
sed in arte sit positum.] i. e. non T A M in substan-
tia &c. Vid. Schol. Basilic.*

§. 1.

*Rem amisse videtur &c,] Junge l. 5. de in
int. restit.*

L. XV.

*ULPIANUS lib. X. ad Edictum.] Agens de
Edicto Quod cujusque univerſit. nomine &c.*

L. XVI.

*GAJUS lib. III. ad Edictum Provinciale.] Ad
eundem Titulum pertinet.*

*Civitates enim privatorum loco habentur.] Vid.
Gul. Forner. Select. II. 22. [in Thes. Otton. Tom. II.
p. 72.] Vectigalia iis ad proprias fabricas deputa-
vit Alexander Severus, teste Lampridio in *Alexand.*
Sever. cap. 21. — Non hodie. Vid. Mevium ad
Fus Lubec. quaest. praelim. 8. num. 17. & seqq. &
*lb. II. tit. 3. rubr. num. 8. & seqq.**

A 5

L. XVII.

L. XVII.

ULPIANUS lib. X. ad Edictum.] Ad Titulum
Quod cujusque universi nomine &c. pertinet.
Velut bona, sed peculia servorum] Rob. Steph.
seu peculia &c. Al. sed et. *
Picoriarum] Basilic. *ācias* male. **

L. XVIII.

Munus tribus modis dicitur.] Grotius in *Flor. spars.* p. 320. legendum censet dici, quoniam sequitur: *uno donum, & inde munera dici, dari &c.* Sed nihil muto. †

Igi-

* Pothier in *not. ad h. l.* Sed hic dici putat pro verbi gratia. Sed hunc ejus vocis usum ignoro. Verum sed pro sed et, vel etiam pro et saepius scriptum legitur. Vid. Bynkersh. *Obs. VI. 18.* & Auctor. *Obs. Jur. Civ. cap. 3.* Quod posterius hic quoque placet.

** Idem monet quoque J. G. Hofman. *Meletem. ad Pand. Disput. XXXII. §. 4.*

† Saepius enim JCti Veteres & alii quoque auctores Latini intuitivo utuntur non praecedente finito. Vid. Clar. Jo. Cannegieter. *ad Ulpian. Fragm.* p. 112. Sic v. gr. Ulpianus in *Collat. leg. Mos. & Rom. tit. II. §. 2.* *Inuria*, si quidem atrox, id est, gravis rerum, non sine judicis arbitrio aestimatur. Atrocem autem aestimare solere Praetorem, &c. Alia exempla infra nobis occurrent. Similiter Sallustius *Jugurth. cap. 92.* Nam cum eae paulum processerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro operre confistere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas sine periculo administrare: optimus quisque cadere, aut fauciari; ceteris metus augeri. Quo loco ne idem quidem ubi-

Igitur *municipes* dici, quod manera *civilia* capiant.] Conf. l. 1. §. 1. ad *Municip.**

L. XIX.

ULPIANUS lib. XI. ad *Editum.*] Junge l. 1. §. 1. & l. 7. de *minor.***

Quaedam gerantur, quaedam contrahantur.] Cicer. pro *Rabir.* Postumo cap. 2. *Multa gessit, multa contraxit.*

Et actum quidem generale verbum esse &c.] Vid. Cujac. not. prior. ad Tit. *Instit.* de *consens.* obligat. l. 2. in fin. de reb. cred. l. 10. in fin. h. t.

Contractum autem &c.] i. e. verbum *contractum.* Basili. τὸ δὲ κορρακίον. Scil. a *gesto* distinctum. †

Ulro

ubique verbum intelligi potest. Vid. Perizon. ad *Sandil Minerv.* IV. §. 3. Ceterum *munus* etiam dici pro *onere*, quod hic docet Paulus, pluribus confirmavit Bynkersh. Obs. VIII. II. p. 479. seq.

* Add. Scip. Gentil. Orig. ad Pand. lib. sing. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1361.

** Ad editionem in 4^{to}. adjecserat Schultingius: potest & referri ad l. 2. §. 1. de capit. minut. si in *Inscriptione pro lib. XI. legas lib. XII.* Sed nihil est, quod hanc emendationem necessariam faciat: quare eam quoque deinceps misam fecisse videtur Vir Clar.

† Non itaque in universum hic definitur *contractus*; neque etiam Ulpianus lib. XI. ad *Editum* proprie de *contractibus* egit, sed de *restitutionibus in integrum.* Quod plura docent loca ex hoc libro Ulpiani in Jure obvenientia. Adeoque merito Schultingius ad alteram editionem in 4^{to}. notavit: male intellecta bac lege Interpp. quaequivise, an οὐ μετέλευτος *contractus* hoc nomen mereantur. Add J. O. Westenb. de *Caus. Obligat.* Diff. II. cap. 2. §. 12.

Ulro citroque obligationem] Quam & in *mutuo* & in *stipulatione esse*, vult Marq. Freher. *Parerg.* I. 16. [in *Thef. Otton. Tom. I.* p. 882.] Alii *mutuum* & *stipulationem* volunt non esse *contractum*. Vid. *Mantic. de tacit.* §³ *ambig. convent.* I. 3. Alii aliter. Vid. A. G. Costan. *Quaest. Juris cap. 8.* [in *Thef. Otton. Tom. V.* p. 399. seq. & *Caef. Costa. Variar. ambiguit. Juris* I. 4. in eod. *Thef. Tom. IV.* p. 1161. seq.] Jo. d'Avezan. *de contractib. cap. 2.* [in *Thef. Meerman. Tom. IV.* p. 7.] etiam non placet. Vid. tamen bene *Vinnium de pactis cap. 8. num. 22.* Minus bene *Salmas. de mod. usur. cap. 12.* p. 520. seqq.

Gestum rem significare sine verbis factam.] Basilic. πεῖστον η δίκαια ἀμύνατο γεγονός· mire.*

L. XX.

I D E M lib. XII. ad Edictum.] *Junge l. 2. de capit. minut.* Labitt. *in usu Indic. cap. 2. §. 7.*

L. XXI.

Princeps bona concedendo videtur etiam obligatio- nes cedere.] Facit l. 2. & *junge l. 3. de capit. mi- nut.* Aliter *junge cum l. 3. pr. de minor.* Noodt. *de pactis & transact. cap. 20.*

Cedere] Rob. Steph. *concedere.* Basilic. παραχωροῦ.

L. XXII.

G A J U S lib. IV. ad Edictum Provinciale.] *Ad Titulum Quod metus caussa, vel de dolo malo pertinet.*

* Sed pro πεῖστον legendum πεῖστον cum Hofman. *Meletom. ad Pand. Disp. XXXII. §. 4.*

net. Clar. Noodt. refert ad Tit. *de alien. iud. mut. causs. fact.* in Comm. ad d. Tit. *vñ. Non magis laborandum &c.*

L. XXIII.

ULPIANUS lib. XIV. ad Edictum.] Agens forte de *satisfiendo*. Junge l. 7. qui *satisfid. cog.* l. 5. *de hered. petit. l. 7. de stipul. Praetor.*

L. XXIV.

GAJUS lib. VI. ad Edictum Provinciale.] Agens de *hereditatis petitione*. *

Nibil est aliud hereditas, quam successio in universum *jus &c.*] Vid. Ciceron. de Legib. II. 19. & Ant. Contium de heredit. & bon. possess. p. 282. & seq. Ciceroni autem in Topicis cap. 6. hereditas est, pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit, &c. quod defendit Jo. Mercer. Opinion. & Obs. II. 13. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 1600.] sed an pecunia usquam sumitur pro onere? **

L. XXV.

PAULUS lib. XXI. ad Edictum.] Agena de *rei vindicatione*. Vid. Noodt. de usufruct. I. 2.

Etiam

* Conf. Clar. Noodt in Comm. ad Tit. Pand. de herediti petit. in init.

** Sicut hereditas. Vid. l. 119. b. t. Ciceronis definitionem tamen defendit quoque Vianius in Comm. ad Tit. Instit. de reb. corp. & incorp. num. 4. licet Hic Gaji definitionem, mea sententia, recte explicuerit in Comm. ad §. ult. Instit. per quas pers. cuique adq. num. 3.

Eiam cum ususfractus.] Rob. Steph. etiam *cujus ususfractus.*

Hoc & Julianus: & est verius.] Aliud voluit Marcellus, cuius sententiam Paulus hic improbat. Add. J. a Costa in not. ad §. 9. *Instit. de Legat.*

Partis appellatione rem pro indiso significari:] Facit l. 6. & l. 76. *de rei vind.*

L. XXVI.

ULPIANUS lib. XVI. ad Edictum.] Jung. l. 11. §. 2. *de Public. in rem act.* *

L. XXVII.

IDEM lib. XVII. ad Edictum.] Explicans Tit. *Sic ager vestigialis &c.*

[Liber] tributus. S. 1.

Idem hoc etiam tributum appellari.] Vid. Cujac. Obs. VII. 3.

Appellatur ab intributione tributum.] Basilic. *et* *est intributus non bene.* **

L. XXVIII.

* Argumentum autem h. l. copiose exposuit Praeceptor quondam meus, nunc Collega honorissimus D. G. van der Keesel. *Diss. de usucapione partus & foetus rei furtivae.* in Thes. Diss. Belg. G. Oelrichs. Vol. I. Tom. II.

** Vid. de etymologia hæc vocis *tributum* & *tributi* Sch. Gentil. Orig. ad Pand. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1377. & Menag. *Anoenit. Jur. Civ. cas.* XXXIX. p. 370. seq. & 386.

L. XXVIII.

PAULUS lib. XXI. *ad Edictum.*] Junge l. 12.
de usurpat. & usucap. & l. 129. de reg. jur. ubi
vid. Jac. Gothofredum. Cujacius legit lib. XXIII.
& refert hanc Legem ad Tit. *Famil. ercisc.* vel *Com-*
mun. dividund. Ego nihil muto.*

Qui patitur usucapi] i. e. se usu perdit, ut lo-
quitur Plautus *Amph.* II. 2. 215.

Cave sis ne tu te usu perdis.

§. 1.

Oratio, quae neque conjunctionem &c.] An occa-
sione formulae, qua res petuntur, ut Goedd. h.? An occasione *ususfructus accrescendi*, de quo & hoc
libro Paulus egit?

L. XXIX.

IDEM lib. LXVI. *ad Edictum.*] Agens de iti-
nere actuque privato. l. 2. l. 6. de istin. actuque prin-
ubi in Edicto conjunctio.

*Conjunctionem enim nonnunquam pro disjunctione
accipi,*] Facit l. 53. h. v.

Labeo ait..] Cui maxime verborum cura fuit
Merill. Obs. l. 26.

L. XXX.

GAJUS lib. VII. *ad Edictum Provinciale.*] Agens
de ususfructu. Facit l. 10. de ususfr.

Ex

* Add. Majans. *Disp.* LXIV. §. 3. & Conrad. *Parerg.*
p. 530. seq.

*Ex stirpibus aut radicibus.] Haec differunt.
Vid. Noodt. de usufr. I. 7. in fin. **

§. 2.

*Novalis est terra praecisa, quae anno cessavit.]
Goesius ad Auct. rei agrar. p. 71. legit quaeque
anno &c. & sic quoque Basil. ***

*Quam Graeci νιάνοι vocant] Basilic. νιάνοι, & sic
quoque Harduin. ad Plin. Hist. Nat. XVIII. 19.
not. 7. †*

§. 3.

*Integra autem est, in quam nondum dominus
pascendi gratia pecus immisit.] Quae a novali dif-
fert, in quam pecus immitti solet. Cujac. h. Ali-
ter paulo, nec male, Goeddaeus accipit de agro,
ad pascuum formato.*

L. XXXI.

*ULPIANUS lib. XVIII. ad Edictum.] Junge
l. 34. de ast. vent. vend. l. 14. de eviction. l. 27.
§. 25. seqq. ad L. Aquil. ††*

L. XXXII.

* Add. D. J. van Lennep. Exercit. Juris. Exercit. IV.
ubi plura egregia de usufructu Sylvae caeduae & non caeduae.

** Addi potest, voculam que saepius in Pand. Florent. omitti. Vid. Auct. Obs. Jur. Civ. p. 138. De novali plura vid. apud. Duker. Opusc. de Latinit. Vet. & Ctorum. p. 88. seqq.

† Probat hanc lectionem quoque Leunclav. Notat. II. 127. in Thes. Otton. Tom. III. p. 1530. Immo in ipso Mss. Florentino prius fuisse νιάνοι, testatur Taurellius. Vid. not. Brenckm. in Corp. Jur. Gebaueri & Spangenbergii.

†† Prata antiquos dixisse parata, refert Plinius Hist. Natur. XVIII. 5. add. Menag. Amoenit. Jur. Civ. cap. 39 p. 323. seq.

L. XXXII.

PAULUS lib. XXIV. ad Edictum.] De *fraudatoris* forte *actionibus* agens. Vid. Jac. Gothofred, in serie *Editi perpetui*. Junge l. 34. h. t.

L. XXXIII.

ULPIANUS lib. XXI. ad Edictum.] De *fraudatoris* *remediis* forte agens. Junge l. 134. de reg. jur.

L. XXXIV.

PAULUS lib. XXIV. ad Edictum.] Junge l. 32. h. t. facit l. 10. *quae in fraud. creditor.*
Persecutio.] Basilic. περιστατική ἀκαλέψεως.

L. XXXV.

IDÈM lib. VII. ad Edictum.] Leg. lib. XVII. Forte de *judiciis* agens *Judicisque officio*. Junge l. 6. de *vi & vi arm.*

L. XXXVI.

ULPIANUS lib. XXIII. ad Edictum.] Junge l. 18. de *judic.* l. 13. de *vacat.* & *excus. mun.*

L. XXXVII.

PAULUS lib. XXVI. ad Edictum.] Ubi egit de *actione ad exhibendam*. l. 12. ad *exhibend.* &c de *in litem jurando*. l. 6. de *in lit. jurand.*

L. XXXVIII.

ULPIANUS lib. XXV. ad Edictum.] An jungenda l. 1. de *inspic. ventre?* sed differt *Liber*. Ad Tice

de religiosis & ad Ius Pontificium refert Cujacius.
add. Mercer. Conciliat. p. 108. seqq.

*Ostentum Labeo definit, omne contra naturam cuius
jusque rei genitum factumque.] Tertullian. de Cor-
ron. Milit. cap. 5. Omne autem quod contra natu-
ram est, monstri meratur mortales penes omnes. & de
verbo hoc similiter Augustin. de Civit. Dei. XXI. 8.
Hoc certe Varro tantius auctor portentum non appella-
ret, nisi esse contra naturam videretur. &c.*

Quotiens quid] Basilic. ris.

Carta ipsa] Sic quoque Basilic.

ad A. ejusdem L. XXXIX.

*PAULUS lib. LIII. ad Edictum.] Ad Ius Pon-
tificium hanc Legem refert Cujacius.*

*Subscriptum dicitur, quod ab aliquo subscriptum
est.] Vid. Festum voc. resignare & signare. Sal-
mas. de Mod. usur. cap. 10. p. 397.*

Ab aliquo] ipso. Basilic.

*Nam veteres subscriptio verbo pro adscriptione
uti solebant.] Salmas. de Subscript. & sign. testam.
cap. 24. p. 251. Paulum scripsisse putat: nam Ve-
teres subscriptio verbo pro scriptio uti solebant.
Basilic. nihil mutant.*

L. XXXIX.

*Bona intelliguntur eiusque, quae deducere
alii super sunt.] Quintilian. Declam. 273. Bona
porro quae sunt: ut opinor, ea quae detradit alii
deprehensa sunt. Add. G. Forner. Selection III. 19.
[in Thes. Otton. Tom. II. p. 106.] Ergo qui
bona debet conferre, debet pura conferre. Confil.
Cforum Batav. II. 100.*

L. XL

L. XL.

ULPIANUS lib. LVI. *] Junge l. 2. §. 1. *Vi honor. raptor.* Vid. Jac. Gothofred. in *not. ad LL.* XII. Tabb. Tab. XI. In hac Lege cum allis jungenda variasse Cujacium, vult Merill. Variant. ex *Cujac.* I. ult. Sed negat Osius Aurel. *Dispunct.* 53. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 800.]

Destitatio &c.] Vid. t. praec. §. 2.

§. 1.

Servi appellatio etiam ad ancillam refertur.] Junge l. 2. pr. *Vi honor. raptor.*

§. 2.

Familiae appellatione liberi quoque continentur.] L. 2. §. 14. *Vi honor. raptor.* **

Liberi] Basilic. *ἰλεύθεροι.*

§. 3.

Unicus servus familiae appellatione non continetur.] Vid. Ciceron. pro Caecina cap. 19. *Quid enim facilius est, quam probari iis, qui latine sciant,*

* Ita quoque Florentiae scriptum: procul dubio autem intelligenda verba ad *Edictum*. Nam & quae precedunt, & quae sequuntur Fragmenta Ulpiani, ex libris ejus ad *Edictum* desumpta sunt. Accedit, quod, praeter hoc opus, nullum aliud in tot libros divisorum: ad Sabinum enim tantum LI. libros scripsit; reliqua ejus opera minora fuere. - Vid. Bach. ih Hist. Jur. III. 2. Sect. 5. §. 26 & 27. p. 470. seq. edit. A. C. Stockmann.

** Quae lex egregie docet, quinque liberorum nomine hic intelligendi sint.

B 2

sciant, in uno servulo familiae nomen non valere?
&c.

*Ne duo quidem familiam faciunt.] Vid. Merill.
 Obs. II. 24. Scil. in Edicto, de quo hic egit Ulpianus. Vid. Cujac. ad Pauli Sentent. V. 6. §. 3. Non igitur obstat l. i. §. 17. de vi & vi armat. ubi de alio Edicto sermo est.*

L. XLI.

GAIUS lib. XXI. ad Edictum Provinciale.] Pertinet ad materiam possessionis, vel usucaptionis. l. i. l. 5. de usurp. & usuc. vel, quod malo, ad Tit. Vi honor. raptor. Vid. l. 5. Vi honor. raptor.

L. XLII.

*ULPIANUS lib. LVII. ad Edictum.] Jung
 l. 7. 9. 11. 13. de injuriis. & forte l. 15. eod. *
 Probrum & opprobrium, id est, probra &c.] Röb. Steph. Probrum & opprobrium idem est. Pro-
 bra &c. Recte; & sic quoque Basilic. Similis error
 est in l. 15. de liberal. causs. ***

*Probra quaedam natura turpia sunt.] Ita ut non
 possint non esse turpia. Augustin. Confession. III. 8.
 Itaque flagitia, quae sunt contra naturam, ubique*

* Si scil. in ejus Legis Inscriptione pro lib. LXXVII. ad
 Edictum legas lib. LVII. ad Edictum: quemadmodum for-
 ge legendum, ad eam Legem notavit Schultingius.

** Alia exempla artudit Rad. Forner. Rerum Quotidianarum
 III. 26. in Thes. Otton. Tom. II. p. 221. Alter Wieling.
 Lectiones Juris Civil. I. 10. qui legit probrum, id est, op-
 probrium.

ac semper detestanda atque punienda sunt. &c.

Quaedam civiliter, & quasi more civitatis] Sic Cicer. de Officiis III. 17. more turpe haberi.

*Utputa furum, adulterium natura turpe est.] Justin. Martyr. Dialog. cum Tryph. p. 320. Καὶ τὰς γίνεται γυναικός, ὅτι μοιχεία παῖδες, καὶ πορνεία, καὶ αἰδεφορία, καὶ ὡραῖα τοιάντα. Et genus omne novit adulterium esse malum, & fornicationem, & homicidium, & quaecunque alia sunt ejusmodi peccata. & Cicer. de Legib. I. 16. Quod si populorum ius-
sis, si Principum decretis, si sententiis Iudicium,
Iura constituerentur; jus esset latrocinari: jus, adul-
terare: jus, testamenta falsa supponere, si haec suf-
fragiis aut scitis multitudinis probarentur. &c. At-
qui nos legem bonam a mala, nulla alia nisi naturae
norma dividere possumus. Nec solum jus & injuria
a natura dijudicantur, sed omnino omnia honesta
ac turpia.* Brisson. ad L. Jul. de adulter. in
pr. Quaedam Pinel. ad rubr. Cod. de rescind.
vend. P. I. Cap. I. num. 22. Contra Theodorus
Aristippi Familiaris. Vid. Scip. Gentil. Parerg. I. 21.
[in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1294.] & Diogen,
Laërt. II. 99. Κλέψει τε τῇ μοιχεύσει τῷ ἀρρενεπέποντι
οὐ κακό. μηδὲ γὰρ εἴη τέτταν μίχεια φύσις. κ. τ. λ. Fur-
to quoque & adulterio & sacrilegio, cum tempesti-
vum erit, daturum operam sapientem. Nihil quippe
horum turpe natura esse, &c. Plura Selden. de
Jure*

* Et de Offic. I. 35. *Latrocinari, fraudare, adulterare re fuisse est. Quod, & alia huc pertinentia, habet Petr. Avel- lan. Loc. refit, vel explic. cap. 22. in Thes. Otton. Tom. I.*
471.

Jure Nat. & Geni. I. 7. De Epicuro Epictetus apud Arrianum III. 7. Τὸ γὰρ πλέψας ἡδὸνάς ἡ Ἐπίκουρος φύσις καὶ τὸ ἐμπειστόν, καὶ ὅτι πίστιν περὶ τῆς λαθῆς λαβεῖς ἀδύνατο, διὸ τόπος λέγεται, μὴ πλέπετε. ο. τ. λ. *Nam furari malum esse ne ipse quidem censet Epicurus, sed deprehendi, ac ideo praecipit non furandum, quia fieri non possit, ut fidem aliquis anticipat se perpetuo posse latere. &c.* De Illo & Stoicis Origen. contra Celsum VII. [p. 739. edit. Delatue.] *'Εκκλίνεται τὸ μοιχεύειν εἰ τὰ τὰ Κιτίου Ζένωνος φιλοσοφῶντας, ἀλλὰ καὶ εἰ τὰ Ἐπικύρου, τινὲς δὲ καὶ τὴν πατεριδῶν ἰδεῖσθαι. ἄλλον δὲ τὸν διαφωτίαν ιερὸν περὶ τῆς τῆς μοιχεύεται ἐκκλίσιον τοῦ τοπεύτην* εἰ μὲν διὰ τὸ ποιητικὸν καὶ πατρὸς Φύσις ἀναγκὴ λαγυκῆρ γάρ, νοθίνειν τὸν ὑπὸ τῶν γόμφων ἔτερον προκαταληφθεῖται γυναικα, καὶ φθόρει τὸν ἄλλον ἀνδράκιον εἶναι· εἰ δὲ ἀπὸ Ἐπικύρου καὶ διὰ τόπος καὶ μοιχεύεσσον, ὅτι ἀπέχονται τῆς μοιχεύεται, ἀλλὰ διὰ τὸ παρεπόμπεα τὸν ἄδοντα, πολλὰ δὲ ἀπασθῶν πολυτελεῖ τῆς ἄδοντος τῷ ἄκαλει μιᾶς τῇ τῆς μοιχεύεται ἄδοντα, καὶ ἔθ' ὅτι φιλοσάκας, ἢ φυγαδός, ἢ θανάτου. ο. τ. λ. *Vitant adulterium Philosophi, qui Zenonem Citiensem sectantur; vitant et quibus Epicurus placet magister; nonnulli etiam omnino idiotae. Sed vide quam diversa ratione illi omnes ab adulterio abstineant. Alii boni publici studio, et quia naturae repugnat ab animante rationis particeps feminam adulterari legibus conjunctam alteri, et alterius hominis corrumpi domum: Epicuri vero Discipuli non ea causa adulterio abstinent, cum illo abstinent; sed quod summum bonum in voluptate positum existiment, multaque voluptati ejus officere, qui uni adulterii voluptati cedit: qualia sunt carcer, fuga, mors: &c. Et de quorumdam moribus, Senec. Epist. 97.*

Enim

Enim vero tutelae damnati*, hoc non natura probrum est,] Adeoque non per se & semper.
Sed more civitatis.] Immo & natura, si adfit do-
lus. Verba haec sunt a mala manu, uti recte sta-
tuit Clar. Noodt. Probab. I. ult. ** Nihili sunt,
quae ejus Adversarius † habet. Bachov. ad ~~negare~~
Pand. p. 776. alii haec examinanda relinquunt.
Non placet quoque Clar. Otto ad §. 6. Instit. de
suspect. tutor. De iis quomodo mores variant,
Dio Cass. Histor. lib. XXXVIII. p. 73 & 74. ††
Nec enim natura probrum est, quod potest etiam
in hominem idoneum incidere.] i. e. integræ fit
dei. I. ult. de Tabb. exhib. & Cicer. de Offic. II. 15.
ubi vide Graevium.

L. XLIII.

* Immo damnari, uti Florentias legitur.

** Quam conjecturam repetit in Tractatu de Jurisd. &
Imper. II. 10. & de Poenit. & usur. III. 7.

† Intelligit Christfr. Wæchtlerum, quem vid. Opusc. p.
221. & seq.

†† Ad alterum exemplar in 4to. Schultengius ad illa verba,
sed more civitatis, sequentia adscripsit: Haec verba tollit
Clar. Noodt. nam si dolus adfit, est Jure Naturae turpe;
aliter ne quidem Jure Civili; & in tutela saepe abest dolus,
etsi quis damnetur. Sed non placet mihi haec audacia.
Dic, & in hoc negotio aliquid esse ex Jure Civili, quo non
omnis dolus est notatus in contradicibus; sed hic. Quod tam
enonciam non satisfacit. Sed nec haec etiam emendatio multum
nos extricat: nam ex praecedentibus haec (verba) effient
subintelligenda, ut & vidit Adversarius Noodtii, & in Ba-
silic. etiam haec habentur.

Ex his igitur apparet, quam valde hac in re fluctuat-
erit Vir summus. Noodtii tamen conjecturam amplexus quo-
que est in Enarr. Tit. Pand. de his qui not. insam. §. 8. in

L. XLIII.

IDEM lib. LVIII. ad Edictum.] Ad *judicatos* pertinet, quibus *victus* est dandus, vel permittendum, eum inferri. Cujac. h.

Verbo *victus* &c.] Basilic. τρόφη. Add. l. 34. de *re judic.* & l. 234. in *fn.* h. t.

Quae-

qua igitur tandem *acquievisse* videtur. Vehementer tamen dubito, an quidem Lex violenta hac crisi indigeat: quae etiam praeter Waechterum displicet Wickingio loc. cit. Eckhardo in *Hermen. Jur.* I. 7. §. 286. aliisque.

Mea quidem sententia, nulla verbis illis, *sed more civitatis*, ineat difficultas. Est enim verissimum, *tutelae damnari non natura probrum esse*. Nam quod *natura probrum* est, illud *per se & semper* est probrum, uti in *fурto & adulterio* res se habet; *sed tutelae damnari*, monente Ulpiano, etiam *in hominem idoneum*, seu *integrae fidei*, incidere potest. Et profecto, quid aliud est *tutelae damnari*, quam *condemnari* ad solvendum id, quod pupillo a *tutore* debetur? quod non magis *per se* probrum est, quam *damnari* v. gr. *emtiosis, locationis, commodati &c.* At, inquires, nonne igitur *tutelae damnatum aliquando infamia* sequitur? Ita est; sed hoc non ideo, quod *tutelae damnari natura probrum* est; sed quod *Praetor tutelae judicium* inter famosa *Editio* retulit. Vid. l. 1. *de bis, qui notant, infam.* Ante quod *Editum* *tutelae judicium infamiae sequelam* non habuit: certe demonstari illud non potest. Vid. *Praeceptoris quondam mei, nunc Collegae honoratissimi, Bavii Voorda Thes. Controv. Dec. XXII. §. 2.* Quod igitur *tutelae damnari* aliquando sit probrum, illud ex *Edito Praetoris* proficiuntur; adeoque *more civitatis* invaluit: quemadmodum omnia, quae *Praetores* *Editis suis introduxerunt, recte dicuntur, more civitatis* invaluisse: cum obliquuerint illa veluti tacito *Populi consensu*,

ad tit. Dig. de Verborum Significatione. 25

*Quaeque ad vivendum homini necessaria sunt.] Vid.
Principium ad Epist. Pauli ad Titum cap. ult. vs. 14.
Vestem quoque vietus habere vicem.] Jungé l. 45.
h. t.*

L. XLIV.

*GAJUS lib. XII. ad Edictum Provinciale.] Leg.
lib. XXII. De judicato agens.*

L. XLV.

*ULPIANUS lib. LVIII. ad Edictum.] Junga
l. 43. h. t.*

*Infratum &c.] Verbo scil. infratum &c. Ba-
silic. τῷ διπάλῳ τῆς σεμανῆς.*

*Neque enim dubium est, quin stragula uestis sit omne
pallium μητροφόρα.] Si abesset τὸ pallium, non pe-
jor foret sensus: habent tamen hanc vocem quo-
que Basilic.; licet in iis haec Lex non καὶ πόδα
conversa sit. Add. Dion. Gothofred. in not.**

*In-victum ergo uestem accipiemus, non stragula,
in stratum omnem stragulam uestem.] In Edicto
scil., quod forte utriusque meminerat: secus in
XII. Tabb., quae vietus tantum. L. 234. in fin.
h. t. Cujac. h.*

L. XLVI.

IDEM lib. LIX. ad Edictum.] Jungé l. 5. de re iudic.

§. I.

*Matrem familias] Quae immunis fuisse videtur a
vio-*

* De verbis *infratum* & *stragula* plura vid. apud Duket.
In Opusc. de Latinis. Vett. JCtorum p. 131. seqq.

violentia in corpus.* Vid. Valer. Maxim. II.
i. 5. l. 1. Cod. de offic. div. judic. Cujac. h.

L. XLVII.

PAULUS lib. LVI. ad Edictum.] Junge l. 54.
de solutionib.

Liberationis verbum eandem vim habet, quam solu-
tionis.] Pertinet ad Tit. de re judicat. Conf.
l. 4. §. 7. de re judic. Add. Cujac. in paratitl.
ad Tit. Cod. de solutionib.

Liberationis] Ελευθερίας Basilic. ; non recte.

L. XLVIII.

GAJUS lib. ad Edictum Praetoris urbani, titu-
lo, qui neque sequantur, neque ducantur.] Hic Ti-
tulus in ipso Edicto ** fuit, non tantum apud Ga-
jum, et si id vult Perrenon. Animadv. I. 19. [in Thes.
Otton. Tom. I. p. 615.]

Solutum] Ut scil. in jus vocari possit. Cujac. h.

Manibus tamen tenetur.] Manicas intelligit
Rad. Forner. Rerum Quotidian. III. 10. [in Thes.
Otton. Tom. II. p. 205.] Basilic. χαιρετιζόμενος.

In

* Quod forte originem traxit ex Lege Romuli de honore
feminis praefiendo, cuius meminit Plutarch. in vita Romuli
p. 30. Vid. A. C. Stockmann in not. ad Bachii Hist. Jur. I. 1.
Sect. 2. §. 2. De qua lege Romuli egit H. J. Arntzen. Obs.
Syllog. cap. 2. in Act. Societ. Trajet. Tom. I. p. 116. seqq.

** Illud enim in titulos distinctum fuisse, docet Heinecc.
in Hist. Edict. & Edict. perpet. II. 4. §. 4. Oper. Tom. VII.
p. 267. & in not. ad Edict. perpet. ibid. p. 351. Add.
Bach. Hist. Juris. III. 2. Sect. 5. §. 14. not. i. p. 458.

In publico] i. e. *Carcere.** Basilic. in *Imperio*
clay.

L. XLIX.

Bonorum appellatio &c.] De quibus pignori capiendis, vendendis, & cessione, & missione in ea *hoc libro Ulpianus tractavit.*

Bona ex eo dicuntur, quod beant.] Etymologia nonescit Piso apud Ciceron. *de Finib.* IV. 26.

In bonis autem nostris computari &c. sed & si bona fide a nobis possideantur.] Quod negat Ant. Faber *de Errorib. Pragmatic. Dec. 63. Error. 6.* procedere, nisi sensu negativo.

L. L.

I DEM lib. LXI. ad Edictum.] Occasione *absentium*, quorum proximi evocandi ad defensionem, ne in bona fiat missio.** Cujac. h. add. l. seq.

Nurus appellatio &c.] Junge l. 52. h. t.

L. LI.

* Add. Nic. Catharin. *Obf.* IV. 44. in Thes. Meerman. *Tom. VI. p. 798.*

** Sed, an itaque *nurus*, item *mater*, *avia*, *patrona* defensorum partes recte agere possunt? equidem valde dubito. Vid. l. 54. *de Procuratorib.* & l. 18. *Cod. eod.* Add. ipsius Schulting. in *Enarr. Tit. Pand. de Procuratorib.* §. 16. Praeterea, concedo quidem, ipsum absentem evocandum esse, neque missiōnem in bona usu venire, si absens defendatur: sed absentium proximos evocandos esse, priusquam missio in bona fieri possit, nusquam, quod sciām, docetur, nisi in casu l. 5. §. 1. quib. *ex cauff. in poff. eat.* Casus enim l. 6. ubi *pupill. educ. vel morar. deb.* proprie hoc non pertinet.

Vereor

L. LI.

GAYUS lib. XXIII. ad Edictum Provinciale.] Vid.
ad Leg. praeced.

L. LII.

ULPIANUS lib. LXI. ad Edictum.] Junge
J. 50. h. t.

L. LIII.

Vereor itaque, ut sententia Cujacii, quam hic refert Schul-
tingius, possit admitti: licet, quorum tunc Lex referenda,
admodum ambiguum sit: nisi forte dicendum, pertinere haec
omnia ad cautionem judicio sisti; ubi appellatione nurus, etiam
pronurus & deinceps intelliguntur. l. 2. §. 3. in fin. qui
satisfd. cog. nec non appellatione parentis, utriusque sexus
parentes, & omnes in infinitum parentes. l. 4. §. 2. l. 10.
§. 5. de in jus voc. Denique appellatione patroni, etiam
patrona; quin & uxor patroni. Vid. l. 1. Cod. de in jus
voc. quod posterius forte dicere voluit Ulpianus, cum pa-
tronae i. e. quae ipsa manumisit, mentio in Edicto diserte
sit facta. Vid. d. l. 2. §. 2. qui satisfd. cog. — Atque
scripsisse haec Ulpianum occasione Edicti: In bona ejus, qui
judicio sistendi causa fidejussorem dedit, si neque potestateq;
sui faciet, neque defendetur, iri fubero. l. 2. pr. quib.
ex cauſ. in poss. eat. Cujus Edicti verba retulit quidem Ul-
pianus lib. V. ad Edictum vid. Inscript. d. l. 2; sed
nihil videtur obstat, quo minus dicamus, Jctum, in li-
bro LXI. & proximis ad Edictum de missione in possessionem
honorum agentem, ibi quoque nonnulla, ad illud Edictum
ejusque intellectum pertinentia, subjecisse: quin & de illo
Edicto ibi quoque egisse, admodum probabile est ex l. 3.
§. 3. quib. ex cauſ. in poss. eat. vs. videndum est, an
HUIUS EDICTO locus sit &c. Alter Goeddaeus h.; sed
ita, ut nemo facile ei sit ad sensurus.

L. LIII.

PAULUS lib. LIX. *ad Edictum.*] Junge l. 12. de reb. auctorit. Judic. possid. & ad hoc Edictum, vel vicina, pertinet. Vid. Cujac. *ad l. 28. h. f.*

Saepe ita comparatum est, ut conjuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis. *] De ultimis voluntatibus vid. Maynard. *Décis. Tholos.* V. 8. seqq.

Conjuncta pro disjunctis.] Vid. Sande *Décis. Frisc.* IV. 6. 4.

Gentiliumque] De iis Cicero *in Topic.* cap. 6. Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt &c. Meminit Idem *Act. II. in Verrem* I. 45. alludit in *Orat. pro Balbo* cap. 25.

Super pecuniae tutelaeve suae] Casus secundus pro sexto, Graeco more. Vid. Jac. Gothoffred. *ad XII. Tabb.* p. 78. [in Thes. Otton. *Tom. III.* p. 95.] qui citat l. 3. §. 1. *ad L. Cornel. de sc.* Ejusdem legis poenae adficitur. Sed haec scriptura forte non est vera. **

Tutor separatis sine pecunia dari non potest.] Ut non simul de pecunia pupilli † disponat. Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit. XI. §. 14.* P. Faber. *Semeistr.* III.

* Quod quomodo intelligendum, docet Ant. Faber *Corjeß.* XVII. 18. num. 3. seqq.

** Florentiae tamen etiam nunc legi poenae, notavit Bréneau. Vid. Corp. Juris Gebaueri & Spangenbergii. Plura ejusmodi exempla habet Westenb. in *Divo Marco. Dif.* XII. §. 25.

† Potius de pecunia sua, sive, ut non simul testator pecuniae suae heredem instituat, ut ait Cujac. loc. alleg.

III. 24. Clar. Noodt. in *Comm. ad Tit. Pand. de testam. tut. vs. Dixa de modo dandi tutoris &c.*

§. 2.

Item dubitatum est, illa verba, *ope consilio, quemadmodum accipienda sunt, sententiae* conjungentium, aut separantium?*] Paulus in *Sentent. II. 31. §. 10. ope aut consilio,* ** Merill. *Obs. II. 39.*

Sed verius est, quod & Labeo ait, *separatim accipienda:*] Aliter Sabinus, † qui tamen furtum sola mente fieri posse putabat. Vid. Gellium *Noct. Attic. XI. 18.* Merill. loc. cit.

Quia aliud factum est ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit.] In personis diversis a fure principali. De horum autem poenis vid. Carpzov. *Defin. Forens. P. IV. Const. 39. & 40. ff.*

Sic

** Hanc Graecam locutionem esse, pro *juxta sententiam conjungentium aut separantium*, observat Pothier. in *Not. ad b. l. add. Conrad. Parerg. p. 555.*

** Open consiliumve dixit quoque Ulpianus in *I. 52. pt. de furtis.* Sed Cicero de *Nat. Deorum III. 30. ope consilioque;* & sic quoque legitur in *I. ult. Cod. de noxal. actionib.* Plerumque tamen Nostrи simpliciter dicunt *ope consilio* vid. apud Brisson. *de Formul. V. 25.* qui addit in libris *Notarum* haec significari singularibus literis O. C.

† Immo vid. Mascov. *de Sectis Vett. Ictorum cap. 9. §. 2.* & C. F. Walchium in *notis ad Hoppii Comm. ad §. 14. Iustit. de obdig. quae ex del. nasc.*

†† De horum poena agit quoque Merill. loc. cit. & Schulting. *ad locum Pauli alleg. not. 37.* licet, mea sententia, minus recta, non videtur.

Sic enim alii condici potest, aliū non potest.] Sed vid. ad l. 6. de condic. furtiv.

Et sane post Veterum auctoritatem &c.] Quos aliud voluisse, eosque secutum esse Gajum in §. 11. Instit. de oblig. quae ex del. putat Jan. a Costa in not. ad d. §.

Ut nemo ope videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit] i. e. propositum.

Nec consilium habuisse noceat, nisi & factum secundum fuerit.] An hic igitur iterum improbatur Labeonis opinio, uti vult Gloss. aliquique? an Paulus ludit

* Ad quam legem 6. sequentia notavit Schultingius: Obstat l. 53. de verb. signif. Perrenonius Animad. I. 21. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 618.] quod hic [scil. in d. l. 6.] docet Ulpianus, vult esse ex sententia Veterum. Sed Bachovius ad Treutl. Vol. II. P. 2. Disp. 30. lit. D. p. 1087. sentens est, hic agi de eo, qui solam dedit consilium, non vero operam in alio attribuit; neque obstat verba ope consiliove, quae etiam alibi copulantur, et si de consilio tantum agatur, vid. l. 36. de Furtis; adeoque dicitur id ut, & legi maximi ope CONSILIO. Add. Jan. a Costa in not. ad §. 11. Instit. de Oblig. quae ex del. nasc. Redit huc quoque sententia Schultingii in Thes. controlo. Dec. 45. §. 6: Quod autem Bachovius in d. l. 6. deleri vult id vel id facile ipse concedas, cum in Pand. Florent. simpliciter ope consilio legatur. Ceterum Perrenonius loc. cit. propriè docet, Labeonem verba ope consilio contra veteres separatim accipienda voluisse: sed sine auctoritate. Labeonem plurimam innovare instituisse, scribit Pomponius; sed novam eum in quaestione, de qua agimus, & a Veteribus diversam opinionem prodidisse, neque hic docet Paulus, neque aliunde potest probari. De §. 11. Instit. alleg. vide Vindictum in Comm.

Illudit in voce *confilii*, uti Bachov. ad *Treut.* Vol. II. P. 2. p. 1087. Differunt re ipsa; nihilominus oratione conjunguntur, nec opera est sine dolo, nec dolus nocet sine facto. *

L. LIV.

* Ad alteram editionem in 4to. haec adscripsit Vir. Clar.: *Accursius aliquie putant, improbari hic modo probatam Léonis sententiam: male. Illud tamen vix negari potest, quod notat Bachov., Paulum ludere in homonymia vox CONSILIUM, quod in pr. §. sumit pro insrutatione, & hoc sumit pro proposito fraudulentio in verbis: confilium malignum &c. Praeterea verba finalia, sive de eadem, sive de diversis personis, intelliguntur, vera sunt, sive de consilio dando, sive de proposito accipias. Sane Paulus hic magis rem involvit, quam evolvit.*

Liceat, suo cuique iudicio relicto, quae de Legibus illis mihi in mentem veneriat, hic paucis subjungere.

Ubi verba illa *ope consilio*, de quibus Paulus hoc loco agit, existent, non satis constat. Pothier. in not. ad b. l. putat in *Editio Praetoris*: sed auctoritatem desidero. An itaque in *LL. XII. Tabb.*? Id quoque probari nequit. Ceterum quidem est in *XII Tabb.* de furuis actum esse; sed Decemviro nominatim quoque egisse de eo, cuius *ope consilio* furtum factum est, nusquam, quod sciam, traditur. Potius itaque existimo, verba illa neque existisse in *Editio Praetoris*, neque etiam in *XII. Tabb.*; sed, cum Vett. intelligerent, sceleris instar esse alios suadendo juuisse. l. 16. pr. de poenis: atque illos, quorum *ope consilio* furtum factum est, non minus peccare, quam fures nec manifestos, immo quodammodo tales esse, pro iisque habeti posse, videntur illud caput *LL. XII. Tabb.*, quod de furibus nec manifestis agebat, ita interpretatione extendisse, ut eandem actionem quoque concesserint adversus illos, quorum *ope consilio* furtum factum

L. LIV.

ULPIANUS lib. LXII. ad Edictum.] Junge
l. 9. II. 15. de rebus auctorit. Jud. possid.

Con-

fictum esset, idque tuis adeo ita valuisse videtur; ut conceptus sit peculiaris formula actionis; *ope consilioque tuo furtum ajo factum esse*, cuius formulæ meminit Cicero de Nat. Deorum III. 30. add. L. 27. §. 21. ad Leg. Aquil.

Hinc ultro apparet ratio; quare Paulus in l. 34. *de furtis* docuerit, *eum, qui opem furtum facienti fert, nunquam esse furem manifestum*, neque adeo puniri tanquam furem manifestum; sed semper haberi pro fure nec manifesto; licet, quod notandum, is, cui opem tulit, *deprehensus sit*; adeoque licet is sit fur manifestus. Quae Lex videtur fugisse Merillium Obs. II. 39. existimantem, adversus eum; cuius *ope consilio furtum factum est*; dari actionem furti manifesti; vel nec manifesti; prouti furtum factum sit manifestum; vel nec manifestum. Merillium, quod miror, sequitur Schultingius ad Pauli Sentent: II. 31. §. 10. not. 37. licet hic deinceps sententiam mutasse videatur: saltem ad verba *l. 34. nunquam manifestus*; notavit: *in quo fallitur Merillius Obs. III. 6.* Qui locus Merillii procul dubio vito se adscriptus est pro Obs. II. 39:

Quid autem illis verbis *ope consilio significaretur*; initio quidem satis certum videtur fuisse, eaque haud dubie Vett. acceperunt de eo, qui sciens furi auxiliū praebuerat in farto faciendo, sive consilium dāndo, sive operi ferendo: Sed sequentibus temporibus; ut sit; diligenter in ea verba inquire coepit, immo dubium aliquod de iis moveri. Certe dubitatum esse, utrum illa verba conjunctim, an disjunctim accipienda sint, Laboeheim autem existimasse; separatim illa accipienda esse, docet Paulus in nostra Lege 53. Licet, quis Laboehi contradixerit, difficile sit definire: cetero

Conditionales credidores dicuntur &c.] Conf.
l. 14. §. 2. quibus ex causs. in poss. eatur.

L. LV.

te Sabirum adversarii partes egisse, ut vult Merillius *dicit*.
hoc., nullo modo probari potest. Vid. Mascovinm & Wala-
chium locis *supra alleg.* Quidquid sit, existimavit Labeo,
idque verius esse, Paulus quoque dicit, verba illa separatim
esse accepienda: 1^o: quidem, quoniam *consilium dare & ope-*
ferrare res sunt natura sua distinctae: *aliud enim*, ut additur,
est factum ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum
facit. Conf. l. 50. §. 3. de furtis. 2^o: quoniam effectu
quoque differunt: *atii enim condici potest, alii non potest.*
De qua Legis particula mox plura.

Ex sententia igitur Labecois, quam Paulus veriorem esse
dicit, fusti tenetur & is, cuius ope, & is, cuius consilio
furtum factum est: convenienter, ut dixi, Veterum senten-
tiae. Quod ipsum, ni fallor, Paulus quoque indicat in ul-
tima legis parte: *Et sane post Veterum autoritatem eo per-*
venitum est: ut nemo ope viuatur fecisse, nisi & consilium
malignum habuerit; neque consilium habuisse noceat, nisi
& factum secutum fuerit. Quibus verbis haud scio an ac-
commodari possit, quod Bynkersh. *Obs. I. 10. p. 50.* occasio-
ne alterius Legis ejusdem Pauli, monuit: *saepo scil. accideret*
in auditoribus, etiam qui accuratissime loquuntur, ut eorum
mentem perfette, non aequa verba intelligamus. Profecto,
cum nonnullis existimare, Paulum his verbis rursus improba-
re doctarinam Labeconis, quam pando ante veriorem dixerat,
quid aliud hoc est, quam Paulo aliquid adstringere, quod vix
fani hominis sit? Minus forte obscuritatis verbis illis inefset,
si pro *ut nemo* legeretur *ut ramen nemo*. Quod verbum alia
quando suspicatus sum repetendum esse ex duarum illarum
vocum literis *t n*, quasi scriptum fuerit *ut Nemo*, i. e.. *ut*
ramen nemo: sed ne haec quidem emendatione opus, si
par-

L. LV.

PAULUS lib. XVI. brevis Edicti.] Conf. leg.
praeced:

Qui

particulam ut accipiamus pro quamvis, uti & alibi sit. Vid. Schulting. ad Ulp. Fragm. Tit. XXIV. not. 55. Quidquid sit, mihi quidem sensus Pauli manifesto hic est: Sane, licet post Veterum auctoritatem, quos Labeonem quoque hac in re secutum esse, docuerat, eò per ventum sit, i. e. hoc obtinuerit, receptum sit: ut scil. verba illa *ope consilio* non coniunctim, sed separatim accipienda sint; adeoque ut furti tenetur & is, cuius *ope*, & is, cuius *consilio* furtum factum est: — illud tamen ita intelligendum est, ut nemo *ope* videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit, i. e. propositum alteri nocendi, sine quo nullum veri nominis delictum est: neque consilium (malignum) habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit, i. e. neque noceat, tale propositum alteri nocendi habuisse, eaque mente opem tulisse, vel consilium dedisse, nisi furtum revera sit secutum. Sic itaque his verbis Paulus doctrinam Labeonis, ipsorumque adeo Veterum, ulterius explicat, neque aliud quid tradit, nisi quod docet quoque Ulpianus in l. 50. §. 2. & l. 52. §. 19. de furtis.

Sed propero ad Legis verba media: *sic enim alii condici potest, alii non potest.* Quae Ictus, ut vidimus, quoque attulerat, ut ostenderet, verba *ope consilio* separatim esse accipienda; in qua Legis periodo concilianda cum l. 6. de condic. furtiv. adeo laborant interpp.

Ego quidem ita sentio. Nimirum, ut *actione furti poenali in duplum* teneretur quoque is, cuius *ope* vel *consilio* furtum factum esset, illud, ut modo vidimus, jam Veteribus placuit, ex eorumque auctoritate a Labeone aliisque Ictis recentiori-

Qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.] Hoc caute accipiendum, ceteroquin falsum est. Verum scil. est, quod ad Edictum, quod Paulus hic explicuit.

L. LVI.

bus comprobatum. Sed, cum Edicto Praetoris introducta quoque esset *actio reipercitoria* adversus furem heredemque ejus, inde oriri potuit dubitatio, an haec quoque actio (quae passim *conditio ex causa furtiva* appellatur) perinde atque *actio furti poenalis*, daretur contra eum, cuius ope consilio furtum factum esset. Hoc autem negarunt JCti: clare Ulpianus in d. l. 6. *Si ope consilio alicujus furtum factum sit, condicione non tenebitur, et si furti tenetur.* Si rationem quaeras, eam reddit Paulus in l. praeced. 5. eod. Quoniam nunquam ea condicione altius, quam qui fecit, i. e. contrectavit, tenetur, aut heres ejus. Procul dubio autem ita JCti, quoniam Praetor in Edicto de fure tantum, heredeque ejus mentionem fecerat. Hujus Edicti verbis igitur stricte inhaeserunt, neque illa extenderunt quoque ad eos, quorum ope consilio furtum factum esset, existimantes forte, adversus eos sufficere actionem furti poenalem.

At, inquit, siud manifesto docet d. l. 53. Immo vero prima tantum fronte. Namirum, cum condicione furtiva non teneatur, nisi qui fecit, i. e. contrectavit, ejusque heres, inde alio sequitur, eum, cuius consilio tantum furtum factum esset, nunquam hac condicione teneri posse, quia hic non contrectavit. Sed qui opem tulit, potest aliquando hac condicione teneri; si scil. furi non simpliciter opem tulit ad furtum faciendum, sed ita, ut ipse rem quoque contrectaverit: incidit enim tunc in verba Edicti Praetoris, & revera fuit est: uti dicitur in verbis quoque appellatur in l. 35. pr. de furtis. Hinc iam facile explicari potest illa periodus d. l. 53. Quae non ita intelligenda est, quasi id, qui opem tulit, semper teneretur

cos-

L. LVI.

ULPIANUS lib. LXII. *ad Edictum.*] Junge l. 15. *de rebus auctorit.* *Judic.* possid. Add, l. 5. *de jure deliberandi.*

Instrumenta] *Διαιρέσεις.* Basilic.

S. I.

Liberorum appellatione continentur &c.] Cuja-
cius refert ad ea, ad quae l. 50. 51. 52. h. t. per-
tinent: de quo dubito; aliis est Ulpiani *Liber,*
Minus ad rem facit Goeddaeus,

Exve feminini sexus] Rob. Steph. *exve feminino*
sexu. Sed non opus, subauditur *liberis.*

L. LVII.

PAULUS lib. LIX. *ad Edictum.*] Ubi egit *de*
*bonorum emtione & Magistris.** Junge l. 6. l. 7.
quib. *ex cauß. in poss. eat.* l. 10. l. 12. l. 14. *de*
reb. auctorit. *Judic.* possid.

condicione furiva: hoc enim neque hic docet JCtus, qui
tantum dicit, *sic enim alii condici potest:* neque verum fo-
ret. Contrarium aperte tradit Ulpianus in d. l. 6. im-
mo ipse Paulus in *praeced.* l. 5. eod. Sed res haec est:
neuter proprie tenetur condicione furiva; differt tamen is,
eujus consilio tantum furium factum est, ab eo, cuius ope fur-
tum est factum; quod nempe ille *nunquam* possit ea condicione
teneri; hic vero *aliquando* possit: si scil., ut dixi, non
simpliciter opem tutit, sed ita, ut rem quoque contrectaverit.

* Inter quos & *Curatores*, qui nanc bonis dari solent,
Quaenam difference intercesserint, disquirit Merill. Qb. V. 37.

Ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur.] Graeci contra, Μάγιστροι λέγονται ἀπό μαρτυροπάς αἰχθόλοι.

Magistras appellari a monendo, vel monstrando.] Paulum scripsisse a magis monendo, vel monstrando, conjicit Nic. Catharinus Obs. cap. 36, [in Thes. Otton, Tom. I. p. 494,]*

§. I.

Persequi] Quod faciebat & Magister,

L. LVIII.

GAJUS lib. XXIV. ad Editum Provinciale.] Junge l. 16. l. 21. de reb. auctorit. Judic. possid.

Licet inter gesta & facta videtur quaedam esse subtilis differentia:] Gerimus cum alio; sed & quae soli facimus, vel volumus, facti sunt.

L. LIX.

ULPIANUS lib. LXVIII, ad Editum.] Ad Interdicta pertinet.

*Eaque nihilominus statia &c.] Eaque quae maxvlt Scip. Gentil.** Parerg. I. 35. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1309.]*

L. LX.

* Vid. quae notavi ad l. 18... h. t. Add. Scip. Gentil. Orig. ad Pand. lib. sing. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 3357. Alter Clar. Herm. Cannegieter. Obs. Jur. Rom. p. 344. qui geminari vult & libet in cuiuslibet, quasi scriptum sit cuiuslibet libet vel libuit.

** Quem etiam vide de verbis inde angiportum dictum est, loco cit. p. 1395;

L. LX.

IDEM lib. LXIX. *ad Edictum.*] Junge l. 1.
l. 3. *de vi & vi armat.*

Ceterum adeo opinio nostra &c.] Non rei natura.
Add. Jac. Gothofred. *ad l. 12. Cod. Theod.* de pœ-
nis. [Tom. III. p. 328.]

Si fundi animo eum habuimus.] παράδομι * Grae-
ci.

L. LXI.

PAULUS lib. LXV. *ad Edictum.*] Pertinet ad
Tit. de ripa munienda. Cujac. h.: recte.

*Satisfactionis appellatione interdum etiam reprobmis-
sio continebitur &c.*] Facit l. 5. §. 3. *judic. solvi.* **

L. LXII.

GAJUS lib. XXVI. *ad Edictum Provinciale.*] Ubi egit de possessione. Vid. l. 15. *de adj. vel amitt.*
poss. l. 5. *quae in fraud. credit.* l. 9. *de precar.*
l. 2. *de migrando.* l. 158. *de Reg. Jur.* Cujacius
refert ad interdictum *uti possidetis.*

L. LXIII.

ULPIANUS lib. LXXI. *ad Edictum.*] Junge
l. 1. *de liber. exhibend.* †

L. LXIV.

* Unde Graecos pro *habuimus* prave legisse tradidimus,
suspicatur Hoffman. Meletem. ad Pand. Diff. XXXII. §. 5.

** Add. Clar. Noodt ad Tit. D. qui satisd. cog. in pr.

† De differentia inter *penses* & *apud.*, quam hic tradit Ulpianus,
pluribus disputatur apud Duker. in Opusc. de Latit-
nit. Vett. JCtor. p. 207. seqq.

L. LXIV.

PAULUS lib. LXVII. ad Edictum.] Cujac. refert ad Tit. de Tabb. exhibend. ; sed *in scriptio* hoc non patitur. *

L. LXV.

ULPIANUS lib. LXII. ad Edictum.] Leg. lib. LXXII. Cujacius refert ad l. 13. de *adq. vel amitt. poss. & accessionem possessionis* : recte.

L. LXVI.

IDE M lib. LXXIV. ad Edictum.] Cujacius refert ad *exceptionem rei venditae* ; sed de illa egit Ulpianus lib. LXXVI. ad Edictum. Junge l. 59. de *Adilit. Edict.*

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.] Ergo sub *mobilibus* merces continentur. Vid. Carpov. *Definit. Forens. Part. III. Condit. 24. definit. 9.*

L. LXVII.

IDE M lib. LXXVI. ad Edictum.] Junge l. 1. de *Litigiosis*.

L. LXVIII.

IDE M lib. LXXVII. ad Edictum.] Ubi de *Simplificationibus* egit.

L. LXIX.

* Facit Quintilian. *Declam.* 308. *Aut enim is est intextus, qui non scripsit omnino testamponum : aut, qui id scripsit, quod valere non possit.*

L. LXIX,

ID E M lib. LXXVIII. ad Edictum.] De iisdem, maxime Praetoriis, loquens.

L. LXX,

PAULUS lib. LXXIII. ad Edictum.] Agens de Praetoriis stipulationibus. Jungel. 2. de stipulationib. Praetor.

Sciendum est, heredem etiam per multas successiones accipi,] Vid, Merill. Differ. Juris cap. 24.

In nam paucis] In non est in Pand. Florent.

Quia incertus est.] Ratio haec bona est Jure veteri. Alia redditur in l. 8. in fin. de vulg. & pupilli, substit. Non tamen fuit opus, verba haec omitti, uti vult Cujac. in Parat. ad Tit. Cod. de inc. person. cum hic quoque voluntas defuncti in primis optime impleatur. Vid. & Scip. Gentil. de errorib. Testam. cap. 2. [Oper. Tam. I. p. 7. seqq.] sane sequentes non habent voluntatem defuncti.

L. LXXI.

ULPIANUS lib. LXX. ad Edictum.] Leg. lib. LXXIX. Junge l. 1, si cui plus quam per L. Falcid. lic.

Ideoque non videtur quis capere, quod erit restitus turus.] Non obstat l. 140. h. t.

§. I.

*Haec verba, his rebus recte * praestari &c.] Rob. Steph. pro his rebus &c.*

L. LXXII.

* Vox usitata in Veterum cautionibus. Vid. Briss. Sel. Antiq. I. 9. & Bynkersh. lib. sing. ad L. lega. Cap. IV. in Oper. minor. p. 21.

L. LXXII.

PAULUS lib. LXXVI, ad Edictum.] Agens de Stipulatione rem pupilli salvam fore, vel ratam rem haberi.

L. LXXIII.

ULPIANUS lib. LXXX, ad Edictum.] Junge l. 21. de novi oper. nunciat.

Haec verba, in stipulatione posita, eam rem recte restitui, fructus continent.] Non obstat l. 173, §. 1, de Reg. Juris. ad quam vide,

L. LXXIV.

PAULUS lib. II. ad Edictum Aedillium Curulum.] Facit l. 38. de Aedilit. Edict. Noodt in Comm. ad eund. Tit. vs, Loquuntur igitur Aediles &c.

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetar.] Alius enim est ejus finis. * Nimis laborat Gul. Forner, Select, III. 4, [in Thes, Otton, Tom. II. p. 86, seqq.]

L. LXXV.

IDEM lib. I, ad Edictum.] Ad Aedilliam Edictum refert Cujacius; sed inscriptia obstat, & Paulus lib. I, ad Edictum egit de caussis status. Goeddaeus refert ad casum l. 12. §. ult. & II. seqq. de liberal. causs.

L. LXXVI.

* Vid. Daniel. van Alphen. *Dissert. ad h. l. §. ult.* (Lugd. Batav. 1734.) qui *ibid. §. 15. & seqq.* plura de annulis signatoriis in medium attulit. Add. Pagan. Gaudent. *Juris. dic. exposit. II. 44.* in Thes, Otton. Tom. III. p. 392.

L. LXXVI.

IDE M lib. LI; ad Edictum.] Junge omnia
l. 19. de liberal. causs.; recte sic Gloss., etli. alitar
Cujacius,

L. LXXVII.

IDE M lib. XLIX. ad Edictum.] Junge l. 2. de
aq. & aq. pluv. arc. add. l. i. §. 3. eod.

Frugem pro reditu appellari &c.]. Vid. Matth,
de criminibus lib. XLVIII, tit. 2. cap. 5. num. 16.

Non solum quod frumentis &c.] Rob. Steph,
quod ex frumentis. Basilic. ἀπὸ τυρῶν.

Frumentum autem id esse, quod arista se teneat.]
An & grani voce lini semen continetur, vid. Consil.
I Ctorum Batay. II. 9, De leguminibus, ibid,
IV. 58,

Lupinum vero & fabam fruges potius dici.] Sub
quibus tamen & frumenta continentur. Paul. in
Sentent. III. 6. 78, Frugibus legatis, tam legumi-
na, quam ordeum & triticum continentur.*

Quae Servius apud Alfenum] Sic Florentiae,
bene: quidam ad, ** male.

In frumento contineri putat.] Sed quod Julianus
non probavit.

L. LXXVIII.

* Ubi vide Schultingum not. 83;

** Ad edidit quoque Pothier, qui saepius Florentiam
lectionem non est fecutus. Ceterum falli, qui Servium notas
scripsisse ad Alfenum existimant, docuit Otto de vita Servi
Sulpicii cap. 8. §. 6. in Thes. Juris Tom. V. p. 1624.

L. LXXVIII.

IDE^M lib. III. ad Plautium.] Junge. l. 14. *Comites divid.*

L. LXXIX.

IDE^M lib. VI. ad Plautium.] Junge l. 56. de
Jure dot. l. 56. *solut. matrim.*

§. I.

Non deteriorem esse non sinant.] Optima lectio.*
Leonin. Emend. IV. 1. num. 4. & 6. Augustin.
Emend. I. 2. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1438.]
Ultra quam necesse fuerat.] Basilic. ~~magis~~ ** & ita-
rezzus †.

*In his impensis & pistrinum & horreum, insutae
dotali adiectum, pterumque dicemus.*] Non semper.
Vid. l. 1. §. 3. de imp. in res dotal. fact. †

L. LXXX.

* Hanc lectiōnē, quae Florentina est, probavit quoque
Marckart. Probab. rec. lett. Part. II. p. 79.

** Sententia postulat ~~magis~~ vel ~~magis~~.

† Add. Clar. B. Voorda Thes. Controv. Decad. XIII.
§. ult. In seq. autem §. 2. pro ut sunt viridia & aquae
salientes, Paulum scripsisse, ut sunt viridaria, lacus, sa-
lientes &c. potest Nic. Catharin. Obs. III. 27. in Thes.
Meerman. Tom. VI. p. 787. Sed non necesse: viridia enim
& viridaria promiscue sumi solent. Vid. Clar. Oudendorp.
~~ad~~ Sueton, in Tiber. cap. 60. add. Marckart. loc. cit. &
aquas salientes dixit quoque Ulpianus in l. 12. §. 24. &
instr. vel instr. leg. ad quas habendas quae impenduntur, ~~et~~
supuariis imponitis ad sensenda, manifestum est.

L. LXXX.

IDEM lib. IX. ad Plautium.] Ubi de *Legatis* multa habuit.

In generali repetitione Legatorum etiam datae libertates continentur ex mente Legis duodecim Tabularum.] Vid. l. 120. h. t.*

L. LXXXI.

IDEM lib. X. ad Plautium.] De *novi operis nuntiatione & restituzione*, ut videtur, loquens.

L. LXXXII.

IDEM lib. XIV. ad Plautium.] Junge l. 15. tem rat. haber.

L. LXXXIII.

JAVOLENUS lib. V. ex Platio.] Non alia Lex ex hoc libro exstat.

L. LXXXIV.

JAVOLENUS lib. II. ad Vitellium.] Leg. *Pallius*. Junge l. 18. de *instr. vel instr. leg.* Facit l. 12. §. 7. eod. Cujac. h.

Fili

* Ita *Florentiae* legitur, & *Basilic.* quoque habent *inventores*. Male igitur quidam *petitione*, vel *interpretatione*. Exemplo esse potest, si v. gr. testator in testamento suo posteriore ita dixerit: *Legata, in priore meo testamento reliqua, praefari volo.* Quando itaque, si testator in priore suo testamento quoque *libertates servis dederit*, haec etiam sub *hac generali repetitione Legatorum confinebantur.* *Mipus aptum exemplum hic adposuit Pothier.*

Filiī appellatione omnes liberos intelligimus.] Non proprie, sed justa interpretatione; ut in casu l. 59. de ritu nupt. Vid: Val. Guil. Forster: Obs: I. 7. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 909. & seq.]

Omnēs liberos] Ant. Vacca legi volebat homines liberos, teste Cujacio h. & Vetranius Mauro de Jure liberor. cap: 42. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 1073.] Male.

L. LXXXV.

Neratius Priscus tres facere existimat collegium &c.] Vid: Merill: Obs: II. 24.

L. LXXXVI.

*Celsus lib. V. Digestorum.] Junge l. 9. de servitutib. l. 6. quemadmodum servitus amittit. Add: Bynkersh. Obs. VI. 25. num. 5. **

Quid aliud sunt Jura praediorum, quam praedia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, ampliatio?] Sic recte cuim (?). Vid. Jan. a Costa ad §. 2. Instit. de actionib. qui tamen alio tendebat in not. ad pr. Instit. de servitutib. Sed minus recte.

*Qualiter se habentia] Sic Senec. Epist. 113. ** Virtus autem nihil aliud est, quam animus quodammodo se habens. ubi vide Lipsium. J. F. Ramos Tribonian. p. 248. ait, Stoicos qualitates pro corporibus habuisse. †*

L. LXXXVII.

* Vid. & Clar. Noodt. Probab. I. 3. §. 1.

** Et Epist. 50. Quid enim aliud est animus, quam quodammodo se habens spiritus? ubi etiam videndum est Lipsius. Quam Stoicorum definitionem reprehendit Porphyrius apud Eusebium Praep. Euang. XV. 813. D.

† Haec non satis accurate dicta sunt: Stoici enim
ple-

L. LXXXVII.

MARCELLUS lib. XII. *Digestorum.*] Juxta Cujacium occasione penus legatae, quae erat Roma.

Qua continentia aedificia essent.] Rob. Steph. continentia. Reete; a in *aedificia* repositum; hoc a absorpsit.*

Nam Romanum non muro tenuis existimari &c.] Ergo *suburbia* appellatione *civitatis* continentur, ejusque Jure utuntur. Vid. Mevium *Decis. P. III.* *Decis. 165.* Sande *Decis. II.* 5. 5.

L. LXXXVIII.

CELSUS lib. XVIII. *Digestorum.*] In quaestione de legato usufructu bonorum, vel Legato partis bonorum, vel simili. **

Tantum quisque] Rob. Steph. *propemodum tam* tum &c. non imptobante Cujacio h.

Refici] i. e. *redigi.* Livius XXXV. 1. *in fin.* Cetera vendenda *Quæstori data, quod inde refectum est, militi divisum.* ubi vide Gronovium.

Sic

pleraque, nec tam omnia, rerum attributa in corporibus censebant. Nam, quum duo universæ rerum genera facerent, *animata* & *inanimata*, à corporibus excipiabant, eaque *inanimata* statuebant quattuor haec, *animata*, *terram*, *rotos*, *zephyros*, vid. Sextum Empiricum *Adversus Mathem.* X. 218. quae ab aliis attributa rerum habebantur.

* Ex lege geminationis id explicat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diff. XXXII. §. 5.* Quod nescio an voluerit quoque Schultingius.

** De h. l. sententia vide & Majans. *Diff. XX. §. 4.* add. Pothier. *ad Tit. de Legat. num. 127.*

*Sic dicimus centies aureorum habere.] Aureorum est a Triboniano. Veteres dixissent H. S. Quod fecit forte, quia loco *centies* H. S. interdum * tot aureos Justinianus voluit huimetari. Delere non audeo cum Gronovio de *Pecun.* *Veter.* II. 5. ***

L. LXXXIX:

*POMPONIUS lib. VI. ad *Sabinum.*] De Legatis agens:*

§. 1:

*Hoc sermone, dum nuptia erit, primae nuptiae significantur.] Inde brocardicum: Sermo simpliciter prolatus de primo intelligitur. Facit l. 26. in fin. de pact. dotalib. l. 21. in fin. qui & a quib. manum. liber. non fiunt. Faber. Cod. VIII. 28. 24. Exceptio est apud Cyriac. controv. 100. num. 23. seqq. Nec iteratio ordinario admittenda, Idem controv. 340. num. 22. seqq. Facit & Sande Decis. II. 2. 3. Someren de *Jure Noveti*: cap. 9. num. 6.*

§. 2:

* Aliud exemplum vid. in l. 97. de *Legat.* 3. Conf. Schulting. ad *Paul. Sentent.* III. 5. §. ro. not. 23. Alioquin vero pro mille festiis unum aureum computari Imp. voluit. Vid. §. 3. *Instit.* de *success. libertor.* Quod & passim Tribonianus in Pandectis fecit. Vide Cujacium *Obs.* XIX. 31. & Schulting. ad *Pauli Sent.* loc. cit. & ad *Collat. Leg. Mosaic.* & *Roman.* Tit. IV. §. 5. not. 41. licet dubitet Bynkersh. *Obs.* VIII. 20. pt.

** Verbum *aureorum* extingit quodque Averan. *Interpr. Jur.* I. 24. 11.

§. 2.

Inter edere & reddi rationes multum interest &c.]
Rob. Steph. *inter reddere & edi &c.*

Nec is, qui edere jussus sit, reliquum reddere debet &c.] Obstat l. 31. pr. de statuliber. ubi vide. *

L. XC.

ULPIANUS lib. XXVII. ad Sabinum.] Agens de Legatis. Facit l. 69. §. 3. de Legat. i. Cu-jac. h.

L. XCI.

PAULUS lib. II. fideicommisorum.] Junge l. 15. ad SCtum Trebell. Facit l. 30. §. 1. eod.

L. XCII.

IDEM lib. VII. Quaeſtionum.] Tractans de bonorum poſſeſſione. Vid. l. 30. l. 37. de teſtam. milit.

* In ea Lege docetur, si seruo libertas legata fit sub con-ditione rationum editarum, illam conditionem pro impleta non haberi, niſi servus quoque pecuniam reliquorum reddide-rit. Ad quam Legem notavii Schultingius: *pro sub conditio-ne rationum editarum, Rob. Steph. legere, sub conditione rationum hereditariarum reddendarum, & Basiliſ. quoque babere εἰ λαγωνίσθεοι* [i. e. si rationes reddiderit: ita enim Graeci hanc phrasin paſſim vertunt, veluti in l. 22. pr. de manumiss. teſtam. l. 41. §. 11. de fideic. libertatib. l. 26. pr. l. 28. pr. de statuliber. & alibi.] & Schol. Basiliſ. διὰ παράγγελτος λόγου indeque hanc lectionem ſuſpetan- fieri; niſi hic Legatum reliquum differentiam illam [inter edere ſcīl. & reddere] tollat.

D

milit. l. 10. de ventre in poss. mittend. l. 12. de bonyor. possess. sec. Tabb.

L. XCIII.

CELSUS lib. XIX. Digestorum.] De Legatis agens.

*Si tamen apparet &c.] Rob. Steph. si non apparet. Basilic. si p̄t; unde forte legendum nisi tamen.**

L. XCIV.

IDEM lib. XX. Digestorum.] Junge l. 21. de Legat. 2.

Verbum reddendi &c.] Vid. G. Forner. Select. III. 15. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 101. seq.]

L. XCV.

Potest aliquorum appellatio &c.] Leg. reliquorum. Vid. l. 160. h. 4.

L. XCVI.

CELSUS lib. XXIII. Digestorum.] Leg. lib. XXV. In hoc libro de Interdictis egit. Vid. l. 7. de itin. actuque privat. l. 18. quod vi aut clam. l. 12. de precar.

Litus est, quounque maximas fluctus a mari pervernit: idque Marcum Tullium ajunt, cum arbiter eset, primum constituisse.] Dion. Gothofredus in not. al-

* Ita quoque Bynkersh. Obs. II. 6. unde Clar. Herm. Canegieter. Obs. III. 3. pr. pro þ tamen legendum censet ni tamen, i. e. nisi tamen: quod magis placet, quam post verbum vocasse subaudire fecus est, uti vult Goedd. b.

ad tit. Dig. de Verborum Significatione. §

allegat locum Ciceronis in *Topic. cap. 7. Littus quid? qua fluctus eludit.* Sed Cicero *ibi* definitio-
nem illam Aquilio Gallo* adscribit, & improbat.

§. ii

*Praedia dicimus aliquorum esse, non utique commu-
niter habentium eā, sed vel alio aliud habente.] Verb.gr.
In casu §. 4. *Inst. de rerum divis.* ** Trajēctio Dion.
Gothofredi, legentis, non utique alio aliud haben-
te, sed communiter habentiam, displicet mihi. †*

L: XCVII:

I D E M lib. XXXII. Digestorū.] Vid. Heinecc:
ad *Leg. Jul. & Papam Popp.* p. 96. & 330:

*Cum stipulamur, quanta pecunia ex hereditate Ti-
tii ad te pervenerit &c.] In stipulatione emtæ &
venditæ hereditatis. I. 50. §. 1. de verbor. obligat.
De qua stipulatione vid. Cujac: Obs. II. 30:*

L: XCVIII:

* Hinc Clar. Cannegieter Obs. II. 4. pro *Marcum Tullium*, licet forte nimis audacter, in legē restituuit *Aquilium*.
Vid: plura de *illo loco* Ciceronis, & definitio litoris, *ibid.*
add. I. 112. b. t.

** Ita quoque Wissenb. *de Verbor. Signific. Disp.* 25. §. 12.
aliter Goeddaeus h.

† Neque enim necessaria est, cum lex commode ita acci-
pi possit, ut sensus sit: *praedia dici aliquorum esse, non me-
do, quae pluribus communia sunt* (licet vox *aliquorum* videri
posset magis proprie ad *communionem* referenda), *sed etiam*
quorum singula sunt singulorum. Vid. Goedd. h.

D 2

L. XCVIII.

IDEM lib. XXXIX. Digestorum.] In quo libro egit, de adoptionibus. Vid. l. 7. de adoptionib. In quibus usu venit haec quaestio. *

Cum bisextum Kalendis est &c.] Unde annus bisextus apud Augustin. *Epistol.* 119. [Al. *Epistol.* 56. *Oper.* Tom. II. p. 100. edit. Antwerp. a. 1700.] & de Civitat. Dei, XV. 12. De eo Amm. Marcellin. XXVI. 1. Infraustus habitus. Vales. *ibid.* Graecum auctorem ~~τοπικής~~ citat Salmasius ad *Vopisc.* Bonoso cap. 15. ubi & de omni malo.

Nam id biduum pro uno die ** habetur: sed posterior dies intercalatur, non prior.] Vid. l. 3. §. 3. de minorib. † *De intercalatione*, Cicero *de Legib.* II. 12. ‡‡

L. XCIX.

* Cujacius refert ad materiam de *restitutionibus in integrum*. Alii etiam aliter; sed ad Legis interpretationem parum interest, quid eligas. Est de hac Lege brevis, sed elegans, *Dissertatio Clar.* Henr. Breuning. *Lipsiae* 1757.

** Exceptio est, si non annus, aut mensis, sed certi tantum dies in negotio quodam requiruntur, veluti trintina: tunc enim, si dies intercalaris intercedat, haec separatim computanda est. Exemplum est in l. 2. de div. temp. *praescriptiōnib.* de qua vid. Bynkersh. *Obf.* IV. 8. & J. L. E. Puttman. *Meletem. Juris Civ.* cap. 2. in *Viri, Clar. Opusc. syllog.* p. 143. seqq.

† Ubi haec sententia Celsi refertur.

‡‡ *De intercalatione variarum Gentium & praeſertim Romanorum* libros quatuor scriptis Philipp. Munckerus, *Lugd. Batav.* 1680. Ceterum diem priorem Celsum pro ratione computandi temporis, apud Romanos usitata, intellexisse VI. Cal. intercal., qui V. Cal. Mart., non, qui VII. vicinus

est,

L. XCIX.

ULPIANUS lib. I. de officio Consulis.] Junge
l. 7. de feriis. Cujac. ad l. 22. §. 1. qui testam.
fac. poff.

*Notionem accipere poffimus & cognitionem & ju-
risdictionem.] Vid. Vinn. de Jurisd. V. 1. **

§. 1.

*Continentes Provincias &c.] Unde forte peten-
dae probationes.*

*Ut puta Galliam] Dion. Gothofred. in not. Cis-
alpinam. Sed haec tempore Ulpiani sub Italia
comprehendebatur. ***

L. C.

IDEM lib. II. de officio Consulis.] Junge l. 16.
de accusationib.

*Speciosas] A specie, i. e. dignitate, splendore. Vid.
Gracivum ad Ciceron. de Offic. I. 39. in fin.*

*Item eorum &c.] Perrenon. Animadv. I. 25.
[in Thes. Otton. Tom. I. p. 625.] legit, id est eorum
&c. Non recte. † Cujacius easum ponit in
l. 5. de liberal. cauff.*

L. CI.

*est, & falli hac in re Munckerum aliosque, pluribus docuit
Breuning. laud. Differt. p. 7. seq. Add. Chr. Frid. Gluck,
Ausführliche erläuterung der Pand. nach Hellfeld ad Tit. de
feriis. §. 269. c. Erlang. 1793.*

* Add. J. O. Westenb. in *Divo Marco*, Diff. XXXVIII.

§. 6.

** Vid. Sigon. de Antiq. Jure Italiae III. 2. & Ezech.
Spanhem. Orb. Roman. Exercit. I. cap. 11.

† Intelliguntur enim, qui, licet Senatorii ordinis non sint,

L. CI.

MODESTINUS lib. VI. *Differentiarum*] Leg.
lib. IX.*

Lex Julia de adulteriis hoc verbo *indifferenter* utinatur. } Vid. l. 6. §. 1. ad Leg. Jul. de adult. Tertullian. *de Pudicitia*, cap. 4. *Et si adulterium, & si stuprum dixero, unum erit contaminatae carnis elongium.* Stuprum igitur est generale verbum & speciale. Add. l. 29. §. 2. ad L. Jul. de adult. *Contra & adulterium, l. 7. l. 29. §. 1. eod.* Matth. de Cruxib. Lib. XLVIII. Tit. 3. cap. 1. num. 31

§. 1.

Divortium] Διαζύγιον. Basilik.

Repudium] Διαζύγιον. Basilik.

Quod & in uxor's personam non absurde cadit.] Justin. Martyr. *Apolog.* I. p. 42. *de divortio,* την ιμιν λεγόμενον διαζύγιον.

§. 2.

Verum est, morbum esse temporalem corporis immecillitatem.] Huc illa, veluti si talum excusfit, transfert Nic. Catharin. *Obs.* cap. 23. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 493.]

Tem-

tamen utuntur ornamenti Senatoris. Exemplum est apud Sueton. *in August.* cap. 35. Add. Pothier. *in not. ad h. l.* De ornamenti autem Senatoris plura habet Briffon. *Select. Antiq.* III. 16.

* Vid. *de h. l.* Joh. van Nispfen. *Diff. ad Herenn.* Modestin. IX. *Libros Different.* cap. 10. in Thes. *Diff. Belgicae* G. Oelrichs. Vol. I. Tom. I.

[*Temporalēm*] Aliter in *tit. Cod.* qui *morbō* se ex-
ēns. ubi vide *Perezium*. Sed & ibi *temporalis* erit
brevis temporis.

[*Vitium vero perpetuum &c.*] Non *intermittens*,
uti *morbū*. Vid. *Bynkersh. Obs.* III. 1.

[*Veluti si talum excusſit.*] *Talum* habent quoque
Basilic.

[*Nam & laſeus itaque vicioſus eſt.*] *Bynkersh.*
Ioc. cit., ita legit: *& luxus ſit, nam & luxus utique*
&c. *Basilic.* nihil mutant, niſi quod omittant *ita-*
gue, pro quo recte *Al. utique*. * Sed & *Bynkersh.*
poſtea illa *& luxus ſit* ad eſſe debere non urget.
Conjecturam Bynkershoekii probat Clar. Burman,
ad Seren. Sammonic. cap. 53. **

§. 3.

[*Servis legatis etiam ancillas deberi &c.*] *Junge*
J. 81. de Legat. 3.

L. CII.

[*Derogatur legi, cum pars detrahitur.*] *Vid. Festum*
hac voc. qui docet, dictum & *exrogare* voc. *ex-*
rogare. Abro-

* Quas voces ſaepius confundi, docet *Auctor Obs. Juris*
Civ. cap. 15. p. 88.

** Item *Eckhard. in Hermeneut. Juris I. a. §. 78.* Sed
vid. *Puttman. Melet. Juris Civil. cap. 2. in Virt. Clar.*
Opusc. Syllog. A. 147. qui nihil mutat, ſed particula *nam*
accipit pro ceterum. Non male, mea ſententia.

Abrogatur legi, cum prorsus tollitur.]* Lactant.
Divin. Instit. VI. 8. *Huic legi nec obrogari** fas
est: neque derogari ex hac aliquid licet; neque tota
abrogari potest.*

L. CIII.

*Licet capitalis latine loquentibus. omnis caussa existi-
mationis videatur.]* Ciceroni saepe, † qui quoque
late sumit mortiferum vulnus, in *Orat. pro Sylla*
cap. 26.

L. CIV.

IDEM lib. II. Excusationum.] Junge I. 2. §. 7.
de excusationib.

Natorum appellatio &c.] Potius liberorum. ‡‡

L. CV.

* Clar. Oudendorp ad *Sueton. in Jul. Caesar. cap. 28.*
hunc Ulpiani locum corrigendum existimat, & pro abroga-
tur Legi scribendum abrogatur Lex, vel pro abrogatur
utrobique legendum obrogatur. Sed obrogare Ulpiano aliud
quid est. Vid. *Fragm. Ulpian. Tit. I. §. 3.* Et prioribus
legibus abrogare dixit quoque Paulus in *Collat. Leg. Mosaic.*
& *Roman. Tit. 4. §. 2.* Ergo nihil mutarem. Vid. &
H. J. Arntzen. *Miscellan. cap. 7. p. 89.* Magis Latinum
tamen esse abrogatur Lex, Oudendorpio facile concesserim.

** Ita optimi Codices. Alii legunt propagari, vel etiam ali-
ter, corrupte, Vid. Spark. ad diff. loc. *Lactant.* Est locus
Ciceronis *de Republica*, quem citat Lactantius.

† Vid. Briffon. *de Verb. Sign. bac voc. num. 2.*

‡‡ Vid. Jac. Curtium *Eikasōv* I. 50. in *Thef. Ottōn.*
Zem. V. p. 135.

L. CV.

His verbis, libertis libertabusque meis, libertum libertae testatoris non contineri.] Vid. l. 16. §. 1. de alim. legat. l. 38. §. 1. de Legat. 3. Cujac. h,

L. CVI.

IDEM lib. singul. de praescriptionibus.] Causam, quare Modestinus in hoc libro de apostolis tractavit, dat Cujacius ad Paul. Sent. V. 34. §.-2.

L. CVIII.

Debitor intelligatur &c.] Tangit h. l. Caes. Costa Variar. ambiguit. Jur. III. 19. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1258.]

L. CIX.

IDEM lib. V. Pandectarum.] Junge l. 3. de usurp. & usuc.

L. CX.

Sequester] A quo differt Pararius, quem hoc refert Scip. Gentil. de Aliment. cap. 16. [Oper. Tom. III. p. 380. seq.]

*Dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.] Secundum Gronovium ad Tacit. Annal. III. 71. Sequester dicitur a secus quasi secuster, quia est neutrius partis.**

L. CXI.

* Aliter Jac. Curtius loc. cit. I. 5. p. 103. Gellius Not. Attic. XX. ult. sequestrum a sequendo dictum ait, quod ejus, qui electus sit, utraque pars sequatur: ad quem lo-

L. CXI.

Censeri] Sic quoque Basilic. *encl.* Ita optimi
auctores locuti, Nic. Heinsius *ad Ovid. Epist. VII,*
v. 46, & Gronov. *additam. ad Olym. lib. IV,*
p. 427. Sed exempla non quadrant: sunt enim ~~et~~
censere. *

L. CXII.

[*IDEM* *Nb. XI, ex Cassio.]* Jungo *l. 58.* de *adq-*
uerum. dom.

Litus publicum est eatenus, qua maxime fluctus
exaestuat. **] Vid. Averan. *Interpr. Juris, I. 20,*
§. 5. Leonia. *Emend. VI.* i. legit, *litus est, quod*
maximus fluctus exaestuat, reliquis expunctis.

L. CXIII.

Morbus fonticus est, qui cuicunque rei noget.] Byn-
kersh. *Obs. III. 25.* quicunque re noget; sed non
adfirmat.

L. CXIV.

cum vide J. L. Conradi, *Exc. VIII.* Ab antiquo verbo *sequi*,
id est *dico*, derivat Vossius. Vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ.*
cap. 39. p. 348.

* De hoc verbo *censeri* pluribus disputas quoque Perizon,
ad Santi. Minerv. III. 2. not. 3. Ceterum *Censores* non
dictos esse, quod *constituerent*, vel *praeципerent*: ut Jav-
lenus velle videtur: sed quod *destinarent*, vel *arbitraren-*
tur, docet Varro *de Ling. Latin. IV. p. 22.* & Festus
Voc. censure. Loca habet Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.*
lib. sing. in Thef. Otton. Tom. IV. p. 1358.

** Paulo aliter *litus* definivit Celsus in *l. 96. pr. b. 8.*
Aliter etiam Imp. in §. 3. *Instit. de rerum division.* Vid.
notata ad d. *l. 96.* & add. Majans. *Disput. LXX.*

ad tit. Dig. de Verborum Significatione.

L, CXIV,

IPEM lib. XV. ex Cassio.] Ubi egit de *furtis*,
l. 71. de *furtis*, * add. l. 12. pr. eod.

*Solvendo esse nemo intelligitur, nisi quod solidum
potest solvere.*] Varie hoc dicitur. Vid. Meyium
Decis. P. VII. Decis. 277.

L, CXV,

IPEM lib. IV. *Epistolarum.*] Junge l. 20. de
usurp. & usucap. Merill. *Obs.* V. 27. jungit l. 74.
de *furtis*, cuius occasione voluerit exponere hanc
differentiam.

Fundus est omne, quidquid solo tenetur.] In
XII. *Tabb.*, ubi de *usucapione*, **, & in *Lege Ju-
nia de fundo datahi*.

*Ager est, & species fundi ad usum hominis compa-
ratur.*] Rob. Steph. *ager est species fundi, quae
ad usum &c.* † sensu eodem reddit.

Ad usum] i. e. *ad fructum*.

Cujus proprietas ad nos non pertinet,] Ut Pro-
vincialium. ††

Post-

* Sic quoque Merill. *ad L. Decis. Justintani* p. 34. *in fin.*

** Saltem JCTi id, quod de usucapione fundi intra biennium
LL. XII. *Tabb.* cautum erat, interpretatione extenderunt quo-
que ad aedes. Vid. Ciceron, in *Tropie. cap. IV.* &c. in *Otar.*
pro Caecin. cap. XIX.

† Clar. Herm. Cannegieter, legit: *ager est species fundi ad
usum hominis comparatus*, *Obs.* IV. 7. p. 398. ubi quoque
observat, in seqq. *Juris proprietate dici pro jure proprie-
tatis*.

†† Conf. Schulting. *ad Ulpian. Fragm.* tit. 19. §. 2.
nos. 3.

Poffeffio ergo uſus, ager proprietas loci eft.] Festus h. v. ex Aelio Gallo, poffeffionem definit, quod fit uſus quidam agri, aut aedificis; non ipſe fundus, aut ager. Vid. Cujac. in *Paratitl. ad tit. Cod. de adq. & retin. poff.**

Nam & ager] Quin & domus.

Et Poffeffio, hujus appellationis species sunt.] Non tamen poffeffio in XII. Tabb. venit nomine fundi. Cujac. h.

L. CXVI.

*IDEM lib. VII. Epifolarum.] Junge l. II. I. 64. de hered. instituend. l. II. si quis omiff. cauſſ. defam.***

Proculius mentem testantis.] Vid. N 102. h. t.

*Non dubito, quin Labeonis sententia vera non fit.] Hoc quando in fideicommissis procedat, vel non, docet Cyriac. *Contr. 638.**

L. CXVII.

Non potest videri minus solviſſe is, in quem amplioris summae actio non competit.] Clar. Noedt. de Foenor. & uſur. III. 6. accipit de eo, qui non solvit uſuras, jure non debitas.

L. CXVIII.

POMPONIUS lib. II. ad Quintum Macium.]

Agens forte de testamentaria materia. Facit l. 134 qui

** De quo loco Festi vid. Clar. Cannegieter. loc. cit. p. 395. seq. De definitione poffeffionis, hic a Javoleno tradita, egit quoque Briffon. *Selecta Antiq. IV. 1.**

*** Add. Averan. *Interpr. Juris IV. 3.**

qui testam. fac. poss. Quaedam Leges ex hoc libro eo
pertinent, uti l. 21. de lib. & poss. hered. instit.
l. 16. de inj. rupt. irrit. fact. test. aliaeque.

Decrevimus] Basilic. τιθέσθω.

L. CXIX.

IDEM lib. III. ad Quintum Mucium.] Junge
l. 9. de testam. tutel.

L. CXX.

IDEM lib. V. ad Quintum Mucium.] Ubi multa
dixit de Legatis.

Uti legassit] Sic νομοθέτης. Nov. 22. cap. 2.
Est enim uti Lex. Rittersh. ad Novell. Part. VI.
cap. I. num. I.

Ita jus esto] Νόμος. Priscus in Excerpt. de Legationib. pag. 62. Legem dicere, l. 14. qui testi
fac. poss. Cicер. Philipp. II. cap. 42. In publicis
nihil est Lege gravius: in privatis firmissimum est
testamentum. Sic νομοθέτης, Chrysost. ad Acta Apostol.
Serm. I. p. 615. [edit. Eton. 1612. Tom. IV.] *

Sed id interpretatione coangustatum est, vel legum,
vel auctoritate jura constituentium. **] Rob. Steph.
prius illud vel non habet. Al. sed id vel auctoritate
legum coangustatum est, vel interpretatione jura con-
stituentium.

* Quae hoc loco tumultuarie, ut ita dicam, notavit Schul-
tingius, eadem in ordinem redacta exhibuit in notis suis ad
Ulpian. Fragm. Tit. XI. §. 14. not. 42.

** Jura constituentes sunt Jurisprudentes. Vid. Jac. Voord-
da ad L. Faecid. cap. I. §. 2. Add. Constant. Subtil.
Enodat. II. 1. in Theſ. Ottou. Tom. IV. p. 541: seqq.

Bituentium; & ita Balduin. Scaevol. p. 160. [in *Jurisprud. Röm. & Attic. Tom. I. p. 507.*] Ad rem facit Chrysost. *de Status; Homil. XVI. p. 569.* [edit. Eton: Tom: VI: De Montfaucon: Tom: II. p. 163.] Add: Quinctilian: *Declam.* 308:

L. CXXI:

*Quia non ex ipso corpore &c.] Noodt. de Usu fruct. I. 3. ** Antiquitus usura officio Judicis adjudicata non est. Idem *de Foen. & Usur. III. 6;* & *de Paetis, cap. XI. in fin.*

L. CXXII:

IDEM lib: VIII. ad Quintum Mucium.] Junge l. 45. de Legat: 2:

Quoniam singulari casu hoc, filio, ad pluralem videtur transisse, &c.] Rob: Steph. quoniam a singulari casu, hoc est filio, ad pluralem &c. Nihil muto.

Sed hoc facti, non Juris habet quaestionem, &c.] Merend. Controv. Juris X. 8:

L. CXXIII:

IDEM lib. XXVI. ad Quintum Mucium.] Junge l. 26. de adq. vel amitt. poss.

Verbum erit interdum etiam praeteritum, nec solum futurum tempus demonstrat.] Haec Q: Mucir esse; reliqua, quae sequuntur, Pomponii, putat Scip. Gentil. Paterg. I. 35. [in Thes. Otton: Tom:

* Add: Idem *de Foenor. & usur. I. 9.* & Eckhard. Herm. Jur. I. 4. §. 144. qui existimat, JCtos hoc a Stoicis mutuatos esse: sed vide Wallhium, ibid, in not.

*Tom. IV. p. 1309.] Vid. Gell. Noct. Attic. XVII.
7. Facit Menard. ad Ciceron. in Verr. I. 42. p. 96.*

*Quemadmodum autem hoc verbum est non solum
praesens, sed & praeteritum tempus significat: ita,
& hoc verbum erit non solum futurum, sed interdum
etiam praeteritum tempus demonstrat.] Haec verba
forte luxata sunt, cum ab erit, de quo ante dixit,
pergendum fuerit ad est; quo pertinent exempla,
quae sequuntur.*

L. CXXIV.

*PROCULUS lib. II. Epistolarum.] Junge I. 65.
de hered. instit.*

*Haec verba, ille aut ille &c.] Graeci hic viden-
tur hallucinati.*

*Disjunctivum est, veluti cum dicimus, aut dies
aut nox est &c.] Haec e Stoicorum Schola. Merill.
Obs. I. 2. De disjunctis late Lopez. Animadv.
Juris Civ. cap. 20. seqq. [in Thes. Otton. Tom. III.
p. 474. seqq.] **

*Ita non potest uterque esse, ut possit neuter esse.]
Rob. Steph. ita non potest utrumque esse, ut possit
neutrum esse.*

*Ita non potest neuter esse] Rob. Steph. neutrum
esse.*

L. CXXVI.

*IDEM lib. VI. Epistolarum.] Junge I. 68. de
contrah. emt.*

Ame-

* Et Athan. Oteyza & Olano *Paralipom.* I. 2. & seqq.
in Thes. Meerman. Tom. I. p. 381. seqq. Vid. & G. Dyemen.
de Formul. quibusdam copul. & disjunct. in eod. Thes. Tom. III.
p. 324. seqq.

Amplius eo præstabitur nihil.] Et haec sunt verba promittentis.

L. CXXVII.

CALLISTRATUS lib. IV. de Cognitionibus.]
Quae & de fideicommissis fuere; quo haec Lex referri potest. Cujac. h.

L. CXXVIII.

ULPIANUS lib. I. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. Popp. p. 274.
[in Thes. Otton. Tom. III. p. 211.]

Spadonum] Unde dicti, Cujac. Obs. XVII. 24. *
Quo nomine tam hi, qui natura &c.] Augustin.
Emend. III. 5. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1508.
seqq.] Plin. Hist. Natur. XI. 49. **

L. CXXIX.

PAULUS lib. I. ad Legem Julianam & Papiam.]
De Legis occasione vid. Jac. Gothofred. ad L. Jul. &
Pap. Popp. p. 276. [in Thes. Otton. Tom. III.
p. 213.]

*Qui mortui nascuntur, neque nati, neque pro-
creati videntur, &c.]* Facit Hotomann. Obs. IV. 12.

L. CXXX.

* Add. Menag. Amoenit. Jur. Civ. cap. 39. p. 282. seq.

** Vid. &c., si lubet, Jac. Curtium Etymol. I. 37. in Thes.
Otton. Tom. V. p. 130. Merill. Obs. I. 25. & Franc. Ramos.
del Manzano ad L. Jul. & Pap. III. 4. in Thes. Meerman.
Tom. V. p. 287. seqq.

L. CXXX.

ULPIANUS lib. II. ad Legem Julianam & Papiam.] Occasionem Legis dat Jac. Gothofred. loc. modo cit. & Heinetc. ad eand. Leg. p. 191.

Non impropre quis dixerit &c.] Sed nec proprius. Vid. Rittersh. ad Novell. Part. VII. Proœm. num. 2. Add. Cujac. in Paratitl. ad tit. Cod. de legit. tutorib. *

L. CXXXI.

IDEM lib. III. ad Legem Julianam & Papiam.] Lib. II. ** Jac. Gothofred. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. p. 286. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 219.] Diff. Heinetc. ad eand. Leg. p. 242.

Fraus]. Basilic. p. 242.

Fraus & ipsa noxa + dicuntur &c.] Liv. XXXIX. 16. A facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent.

§. I.

* Et Cæs. Costa Varior. ambiguit. Juris, II. 19. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1228.

** Hic error est: retinet enim Gothofred. lib. III. sed hoc Ulpiani Fragmentum ad aliud Legis Julianæ caput referit, quam Heineccius, quem etiam vide, ibid. p. 204. Add. Franc. Ramos del Manzano ad L. Jul. & Pap. III. 6. in Thes. Meerman. Tom. V. p. 293. seqq. ubi & cap. VII. & seq. pluribus egit de poenæ multæque differentiis.

† Id est, delitium, quod poenam meretur: sic fraudem capitalem admittere est tale quid delinquere, proprie quod capite puniendus quis sit. Vid. I. 23. §. 2. ad Edilit. Edili. add. Cicer. pro C. Rabirio Cap. IX. Veteres tamen fraudem quoque ponere solitos fuisse pro ipsa poena, monet Ulpian. I. 1. 23. §. 2. Sic paullum in XII. Tabb. se fraude ipso,

§. I.

*Inter multam autem & poenam multum intereft,
etc.] Argentr. ad Cons. Brit. Tit. I. Decis. 33.
n. 3.*

*Malta specialis peccati, cuius animadversio hodie
pecuniaria eft.] Aliter Festus h. v. Male Faber de
Errorib. Pragmatic. Dec. 97. err. 8. cuius anima-
versio non nisi pecuniaria eft. Vid. Bachov. ibid. &
Dion. Gothofred. in not.*

[*Specialis peccati*] Basilic. ιδιος απαρτικός δύρχα.

Animadversio] Basilic. κανεγεια

[*Rebus capitii & exiftimationis*] Basil. αιδης ο
συλληματική.

Item multam is dicere potefit] Dicere non potefit, **
Faber de Errorib. Pragmatic. dict. loc. refutatis a
Bachovio, qui tamen male pugnat pro adjudicatio
in seqq.

Cui judicatio data eft.] i. e. cui judicium publice
datum eft. 1. 2. in fin. de Jurisdiction.

Magiftratus folos &c.] Urbanos scil. + Municipa-
lites. i.e. sine poena, seu impune efto. Quin eodem sensu sine
fraude occidere dixit quoque Paulus in Collat. Leg. Mos. &
Rggi. Tit. IV. §. 2. ubi vide Pithoeum.

* Add. Briffon. Sel. Antig. I. 3. Sed breviter & accurate
Juris historiam de multis tradidit A. C. Stockman. in not. ad
Bacb. Hisp. Juris I. 2. Sec. I. §. 3. p. 22.

** Franc. Ramos del Manzano ad L. Jul. & Pap. III. 10.
§. 2. legit: *Item multam is dicere potefit, cui judicatio
data eft, Magiftratus folos; & Praefides &c. in Theſ. Meer-
man. Tom. V. p. 304.*

† In Editione in 4to. additur; L. 12. §. 1. de Jurisdic-
tion. De Censoribus exemplum aſud Livium, XLIII. 16.

pales intelligit Cujac. h. quod non probo. * Sed vid. Averan. *Interpr. Juris*, I. 4. num. 32. seqq. & Urbani hoc jus habent non ex mandatis; sed *Lege Tarpeia*: Dion. Halicarnass. *Antiq.* X. p. 674. Excluduntur ergo *Legistae*, & similes. Facie l. unica §. 2. de via public. Otto de *Aedilib.* Colon. cap. XIII. §. 5.

L. CXXXII.

PAULUS lib. III. ad *Legem Julianam & Papiam*.] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. Popp.* p. 284. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 218.] reponit lib. II. Diff. Heinecc. *ad eand. Leg.* p. 68. Vide ad h. l. ut & seq. l. 134. Cujac. *Obs.* XXVII. 27.

Ante diem decimum Kalendarum] Vide Coimbr. *ad Ciceron.* pro *Quint.* cap. 6. & *in Catilin.* I. 3. & *Philipp.* III. 8. *In ante diem quartum Kalendarum Decembris distulit.*

Poff

* Ita quoque Merlin. *Obs.* IV. 30. p. 144. licet variant. & Cujac. I. 3. p. 174. seq. multam dictionem Magistratus Municipales habere, dicat: quapropter ab eo dissentit Olius Augst. *Disputat.* 3. in Thes. Otton. Tom. III. p. 702. Quae vero in nota Schultingii sequuntur, ea ipse forte postea, & alio tempore, adscripsit: certe in altero exemplari in 4to. non reperituntur: atque ejus generis sunt, ut nisi mutatae sententiae indicia fint, saltem magnam ostendant dubitationem de ejus veritate. Et prosector, etiam Magistratus Municipales habuisse multam dicensi potestatem, praeter alta, quae ad illud probandum attulerunt Averan. & Otto, locc. citt.; satis quoque evincit l. ult. de *decret.* ab Ordin. fac. Agnoscit hanc potestatem in Magistratus Municipalibus quoque Franc. Ramos del Manzano, loc. modo cit. III. II. p. 306. seqq. & Pothier. p. 307. ad h. l.

E 2

Post diem decimum Kalendarum] Sic Lactant. de Mort. Persec. cap. 2. *Post diem X. Kal. April.* & Idem de eadem re Divin. Instit. IV. 10. *Ante diem X. Kal. April.* Vid. Comm. ad priorem locum. Add. Cleric. de Arte Critic. Part. II. Sect. 1. cap. 10.

§. 5.

Neque utro enim sermone undecim dies significantur.] Basilic. quoque, οὐ διλέμεν τὸ ἀδιαίρετον ἡμέρας. Sed Leonin. Emend. V. 1. 10. legit: *neutro enim sermone decimus dies significatur.* Et sic edidit Hug. a Porta e Veteri Codice. *Neutro enim sermone undecim &c.* Florentiae legi, testatur Augustin. Emend. IV. 6. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1535.] Vid. Brencman. Histor. Pand. IV. 4. p. 345. Noris. ad Cenot. Pisan. Diff. II. cap. 17. p. 345. Heinecc. ad L. Jul. & Pap. Popp. p. 220. *

§. 1.

*Falsum est, eam peperisse, cui mortuae filius exceptus est. **]* Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. loco supra alleg.

L. CXXXIII.

* Scil. Norisius. diff. loc. falsum esse Angustum, & Florentiae legi, neque utro enim sermone &c. adseveraverat; verum Brencman. loc. cit. monuit, Florentiae utrumque esse; sed alterum a prima, alterum a secunda manu, i. e. a Librario alterum, alterum a Correctore. Heinecc. loc. alleg. breviter legis sententiam exposuit.

** Non obstat l. 141. b. 2. ad quam vide notata inferius.

L. CXXXIII.

ULPIANUS lib. IV. ad Legem Julianam & Papiam.] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap.* p. 289. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 222.]

L. CXXXIV.

PAULUS lib. II. ad Legem Julianam & Papiam.] Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. & Pap.* p. 284. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 218.] Heinecc. *ad eand.* *Leg.* p. 86. 216. 217. 225.

Anniculus &c.] Vid. *ad l. 132. pr. h. t.*

Quia annum civiliter, non ad momenta &c.] Scil. in *hac lege.*

Ad dies] Basilic. *καὶ ἡμέρας εἰς ἡμέρας.*

L. CXXXV.

ULPIANUS lib. IV. ad Legem Julianam & Papiam.] Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. & Pap.* p. 287. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 220.]

Vel qualēm visū] An *qualēm qualēm?** Guili. Forner. *Select. III. ult.* [in Thes. Otton. Tom. II. p. 121.] dicit, Al. habere *aequalem visū*, ipse legit *inaequalem*.

Et magis est, ut haec quoque parentibus profint.] Scil. ad *capacitatem solidi* juxta Cujacium *ad Pauli Sen-*

* Ita Jac. Gothofred. *ad l. i. de reg. Juris. Inaequalem visū legit quoque Nic. Catharin. Obs. & Conject. III. 15.* in Thes. Meerman. Tom. VI. p. 786. qui praeterea pro *an* *quia enixa est, prodeesse ei debeat, reponit, an quae enixa est, prodeesse ei debeant:* quoniam sequitur, & *magis est, ut & haec parentibus profint.*

Sentent. IV. 9. §. 12. Sed Jac. Gothofred. loc. modo alleg. mavult id intelligere de decimis, de quibus egit Ulpian. in Pragm. Tit. XV.

[*Neo enim est, quod eis imputetur, quae, qualiter potuerunt, statutis obtemperaverunt.*] Inde volunt, sed nimis generaliter, cum qui quantum potuit, fecit, intelligi legem impleuisse, vel violasse. De quo Cyriac. Controv. 577. num. 22. seqq.

[*Neque id, quod fatatier acceſſi, matris damnum injungere debet.*] Aliorū respectu igitur hi pro liberis non habentur.

Dicit [loco] ad aliam partem. Alioquin etiam.

L. CXXXVI.

* Quod igitur hic docetur, pertinet ad Legem Julianam & Papiam Dappiacem; contra, quod reperimus in h. 14. de statu homini. Paulus scripsit, agens de SCto Tertulliano, ut constat ex loco Pauli cit. Sentent. ubi vide Cujac. & Schulting. nos. 11. & 12. qui rationem quoque reddunt, quare in Lege Julia & Papia placuerit, etiam monstra parentibus praedesse, non item matre in SCto Tertulliano. Add. Schulting. in Enart. Tit. Pand. de statu homin. §. 3. item Eckhard. in Hermen. Juris I. 5. §. 199. Neque adeo necesse, ut statuamus, Ulpianum & Paulum hac in re dissensisse, cum Merillio Obs. I. 33.; aut cum Wissenbachio de Emblematis Tribonian, p. 339. d. l. 14. interpolatam esse credamus. Immo C. F. Walchius in not. ad Eckhard. loc. cit. existimat, ne necesse quidem esse ad earum Legum Inscriptiones confugere, ut pugnam tollamus. De quo tamen dubito; hoc certum, plenam accuratamque harum Legum intelligentiam neminem habiturum, nisi qui unamquamque ad suam retulerit materialiam, ex eaque illustraverit.

L. CXXXVI.

IDE M lib. V. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. p. 290. [in
Thef. Otton. Tom. III. p. 223.] qui non satisfacit.
Vid. Heinecc. ad eand. Leg. p. 95. & 314.

L. CXXXVII.

PAULUS lib. II, ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. Cap. IX.
Heinecc. ad eand. Leg. p. 234.

Quae trigeminis pepererit. *] Basilic. si regit ob
mūrū regit verborum.

L. CXXXVIII.

IDE M lib. IV. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. cap. 23. refert ad caput Legis Julianae de potenis coelibum & orbo-
rum. Heinecc. ad eand. Leg. p. 98. & 342. **
Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio
continetur.] Vid. Contium de Heredit. & bono
poss. p. 284.

L. CXXXIX.

ULPIANUS lib. VII. ad Legem Julianam & Pa-
piam.] Vid. Heinecc. ad L. Jul. & Pap. Popp.
p. 96. & 309.

* Aliud in SCto Tertulliano. Vide Paulum in Sent. IV.
9. 2. ibique Schulting. not. 8.

** Et Fratc. Ramos del Manzano ad eand. Leg. IV. xliiij.
23. §. 4. in Thef. Meermān, Tom. V. p. 498.

*Quae in continentibus Romae aedificiis fiant.] Cu-
jac. ad l. 2. h. t.*

§. I.

Ut iam in usu &c.] Destinato scil. vid. Alciat. h.

L. CXL.

[**ULPIANUS*** lib. VII. ad Legem Julianam & Pa-
pianam.] Leg. lib. VI. Jac. Gothofred. ad Leg.
Jul. & Pap. cap. 33. Heinecc. ad eand. Leg.
p. 425. Junge l. 29. de liberat. legat.

Cepisse quis intelligitur, quamvis alii adquisitis.]
Facit l. 171. h. t. Intellige autem filium familias, **
qui habet personam Jure Civili. Aliud juris est in
servo, & in casu l. 51. de Reg. Jur. ad quam vid.
Jac. Gothofred.

L. CXLI.

[**ULPIANUS** lib. VIII. ad Legem Julianam & Pa-
pianam.] Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. cap. 23.
Heinecc. ad eand. Leg. p. 98. & 344. † Junge
l. 51. de Legat. 2. l. 61. de condit. & demonstr.

L. CXLII.

* Legendum PAULUS.

** Cuius filius capacitas itaque, si legatum ipse re-
lictum est, spectanda, non vero patris, cui adquirit; ce-
pisse enim ipse Filius fam. intelligitur, quamvis patri adqui-
situs. Neque adeo obstat l. 51. all. ubi non de Jure adqui-
stionis per Filium fam. agitur, sed de restitutione & fideicom-
missa. In servo autem alia res est, in quem verbum capienda
non eadit, quippe quantum ex persona domini $\chi \alpha \rho \alpha \tau \nu \pi \zeta \lambda \alpha \gamma$.
Ita Jac. Gothofred. loc. cit.

† Non pugnat itaque hæc Lex cum l. 132. §. 1. b. t.

pes.

L. CXLII.

PAULUS lib. VI. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad Leg. Jul. & Pap. cap. 34.
Heinecc. ad eand. Leg. p. 431. Junge l. 89. de
Legat. 3.

Aut

pertinent enim illae Leges ad diversas Juris quæstiones. Scil. s.
l. 132. §. 1. pertinet ad SCtum, quod ad L. Julianam &
Papiam factum est, & quod secundum est Legem Junianam
Norbanam. Quo SCto caustum, uti Latina, si ter enixa
fuerit, Jura Quiritum consequeretur. Ita enim rectius
rem exposuisse videtur Heinecc. ad L. Jul. & Pap. Popp.
p. 216. seqq. quam Jac. Gothofredus, qui ita ipsa Lege Julia
Cap. IX. caustum fuisse existimaverat. Hoc SCto, si Latina
duos v. gr. filios jam pepererat, eique mortuæ tertius exci-
debatur, non intelligebatur ter enixa: quoniam Legis bene-
ficio, utpote mortua, frui non amplius poterat. Conf. Po-
thier. in not. ad h. l. & add. J. P. Y. Diért. Diff. ad l. 26. de
statu homin., seu de Juribus nondum natorum. Cap. III.
§. 8. Lugd Batav. 1798. Sed, quod in l. 141. docetur.
scriptis Ulpianus, agens de illo capite LegisJuliae, quo po-
enæ in orbis statutæ erant. Vid. Jac. Gothofred. & Heinecc.
Iocc. d Schulting. citt. Ad quas poenaſ evitandas etiam par-
tus excisus parentibus poterat prodeſſe. Vid. Heinecc. d.
l. p. 98. Et profecto, quidni posset? cum etiam partus ex-
cisus utique legitimus partus fit. Vid. v. gr. l. 6. pr. In
fin. de inoffic. teſtam. l. 12. pr. de lib. & poſt. hered. inſtit.
l. 1. §. 5. ad SCtum Tertull. Cum autem JCtus dicat:
Etiā ea mulier &c., adeoque de Jure ipsius mulieris, cui
mortuæ partus exfectus, loqui videatur; legem arbitror pro-
prie pertinere ad casum, quo mulieri relictum quid est in
tempus liberorum, vel sub conditione liberorum. Quo de
casu Ulpianum quoque egiſſe lib. VIII., patet ex l. 51. de

Aut verbis tantum.] Vid. Jan. a Costa in not. ad §. 8. *Instit. de Legat.* *

[*Vel ita, Publius Maevius, Lucius Titius heredes sunt.*] *Ex parte dimidia addit Hotomann. Illust.* *Quæstion. 44.*, non improbat Bachovio *ad Treutler. Vol. II. P. 2. Disp. 13. Th. 3. Lit. C.* p. 769. sed, an non satis est, hoc subintelligi?

Ut Titius & Maevius veniant in partem dimidiā, & re & verbis conjuncti videantur.] Ergo & ius accrescendi inter hos obtinet; et si alio tendat Ant. Faber de Errorib. Pragmatic. Dec. 49. err. 2. num. II.

L. CXLIII.

Legq. 2. & l. 61. de condit. & demonstr. cū quibus Schultingius quoque hanc Legem conjungi voluit. Ut sensus sit; si mulieri v. gr. legatum relictum est sub conditione si liberos habuerit, ejus legati conditionem etiam tunc pro impleta haberi, si illi mulieri mortuae partus excisus sit: creditur enim nunc, cum moreretur, filium habere: non minus scilicet quam vicissim maritus sine liberis decepsisse non videtur, qui praegnantem uxorem reliquit. Vid. l. 187. de Reg. Iur. add. l. 20. ad SCtum Trebellian.

* Ubi contendit inter verbis tantum conjunctos Jus accrescendi locum non habere: & sane, Paulus hic quidem docet, triplici modo *conjunctionem* intelligi; non vero omnes illos Jus accrescendi habere. Contrarium satis clare quoque indicat Papiniapus in l. pen. de usfr. accresc. Add. Schulting. ad Ulpian. Fragm. Tit. 24. §. 13. not. 34. & in Thesib. Controv. Dec. 21. §. 5. Dissentient tamen alii, in quibus etiam est Heinecc. loc. cit. p. 432. in fin. & seq. Pluribus de hac quæstione egit Franc. Ramos del Marzano Praelect. ad Tit. D. de Legat. & Fidei, Part. II. cap. 3. in Thes. Meerman. Tom. VII. p. 303. seqq.

L. CXLIIL.

ULPIANUS lib. IX. ad Leg. Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. Cap. XXIV.
refert ad libertos centenarios, & jungit l. 5;
de Jure aur. annul. Heinecc. ad eand. Leg.
p. 350.

L. CXLIV.

PAULUS lib. X. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Jul. & Pap. Cap. VI. re-
ferrit vult ad id, de quo l. 1. de Concubin.; sed ob-
stat series: Heinecc. ad eand. Leg. p. 165.

Libro memorialium] Vid. Cujac. ad l. 2. §. 38.
de orig. Jur. *

Quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore
concubinam appellari.] Nic. Catharin. Obs. cap. 28.
[in Thes. Otton. Tom. I. p. 492.] legit: quam
nunc vero nomine concubinam, paulo honestiore ami-
cam &c. **

Amit-

* Vid. & Bach. Hiß. Jur. III. §. Seq. 6. §. 13. not. A.
& Chr. Henr. Trutz. de Memor. propag. p. 9. seq. add. Sal.
Rendorp. Diff. ad b. l. cap. I. §. 1. Lugd. Batav. 1789. Ce-
terum Massurius hic & alibi, veluti in l. 2. §. 47. de orig.
Jur., scriptum quoque legitur Florentiae. Sed scribendum Ma-
surius, prima syllaba correpta: uti patet ex Persio Sat. V. vs. 99.

Excepto, si quid Massuri rubrica retavit.
Dissertationem de hoc JCto scriptis P. N. Arntzenius. in G.
Oelrichs. novo Thes. Diff. Belgic. Vol. III. Tom. II. p. 46.
seqq.

** Ita quoque Macov. de Secta. Vett. JCtor. Cap. II. §. I.
num. 3., non improbante Wielingio Lect. Jur. Civ. II. II.

p. 155.

amicam] Ita saepe in *Inscriptionibus apud Gruterum.* vid. *Indic. Scalig.* Etiam Σέμπιον. Merill. *Obs. III. 15.* *Uxor gratuita*, *ibid.* De meretrice sic Dion. Halicarhass. *Antiq. p. 71.* αἱ γυναικεῖαι μάρτυρες ἀστραπηγούσησθε. & Latini Poetae saepissime. *

Gra-

p. 155. Sed receptam lectionem merito defendit Clar. Herm. Cannegieter. *Diss. ad L. Numae Pomphil. de ara Junos:* *pellici non tangenda*, in *Jurispr. Antiq. Clar. Fellenb. Tom. I. p. 358.* add. Pothier. *in Not. ad b. l.* *Transpositione abstinentium censet quoque Puttman. Conject. ad locos quosd. Jur. Civ. depravatos. §. 3.* in *V. Cl. Opusc. Syllog. p. 92.* item J. B. Kochler. *Interpr. & Emend. Jur. Rom. I. 5. p. 33.*

Verum alio adhuc mendo hunc locum laborare, multi putant, & vel pro quam legunt atque eam, priorem syllabam et repetentes e literis finalibus praecedentis vocis vivebat, vel alio modo verba legis corrigunt. Vid. Puttman. *loc. cit.* qui ipse pro *appellari* reponit *appellant*. Sed neque hic ulla emendatione opus esse, contendit Clar. Cannegieter. *diss. loc. p. 357. seq.* item Kochler *loc. cit.* & sane nihil difficultatis in hac constructione esse videtur, dummodo vocem scribit ex praecedentibus per ellipsis repetamus. Sunt scil. haec quoque Maturii verba, uti sequentia sunt Granii Flacci, quorum *JCtorum testimonis* utitur Paulus, ut ostendat, *voces pellicis, concubinae, amicas*, antiquitus promiscue usurpatas fuisse, deinceps autem distinguui eas coepisse. Neque adeo quicquam obstat videtur ratio, a Putmanno allata, qua, *Legis emendationem necessariam esse*, probaret.

* Frequenter Comici: sic Terent. in *Andria* *Act. I. Scen. 3. vſ. 11.*

Haes

*Granius Flaccus &c. scribit, pellicem nunc vulgo
vocari, quae cum eo, cui uxor sit, corpus misceat.*] Selden. *de Jure Nat. & Gent.* V. 7. add. Festum h. voc. *Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminae, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem appellabant, quae uxorem habenti nubebat.* &c. Plaut. *Cistellar.* Act. I. Scen. I. v. 39.

*Viris cum suis praedicant nos solere:
Suas pellices esse ajunt.*

Gravissimum hoc genus injuriae in uxorem, Senec. Epist. 95.

Quosdam eam] *Quondam eam,* Heinecc. ad L. Jul. & Pap. p. 166. *

Quam πανάξια Graeci vocant.] Haec concabi-
na.

Haec Andria,

Sive ista uxor, sive AMICA est, grævida e Pamphilo est.

& Heautont. AB. I. Scen. 1. v. 52.

AMICAM ut habeas prope jam in uxor's loco. & pluribus aliis in locis.

* Ita quoque Clar. Herm. Cannegieter. laud. Diff. p. 360; non male, mea sententia. Add. Rendorp. dif. Diff. d. loc. Alter tamen de pellice opinatum esse Festum patet ex loc. cit. cum quo consentit Gellius No2. Attic. IV. 3. ubi pellicem antiquitus appellatam dicit, quae juncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu manusque alia matrimonii causa foret.

no. Nov. 89. cap. 12. Add. Cafaubon. ad Spur-
dian. in AETHO Vere. cap. 5. *

ULPIANUS lib. X. ad Legem Julianam & Papiam.] Jac. Gothofred. ad Leg. Jul. & Pap. cap. 25. & in not.

Virilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri.] Vid. Ant. Fabrum de Errorib. Pragmatic. Decr. 49. err. 3. num. 2. & 3. Facit l. 150. h. t. l. 16. in fin. de Legat. l. §. 2. Institut. de success. libertor., de qua vid. Cujac. Obs. III. 43. Heinecc. ad L. Jul. & Pap. p. 354. causum ponit ex l. 4. de bonor. possess.

L. CLXVI.

TEXENTIUS [CLEMENTS lib. II. ad Legem
Juliam & Papiam.] Lib. III. mallet Jac. Gotho-
fred. ad Leg. Jul. & Pap. Cap. VI. & illustrat ex
l. 5. de testib. Sed id non probo, cum & sequens
Lex sit ex lib. III. & hinc tamen separetur. Dissen-
tit quoque Heinecc. ad L. Jul. & Pap. Popp.
p. 68. & 314.

L. CXLVII.

IDE lib. III. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. ad L. Gal. & Pap. cap. VIII.
Heinecc. ad eand. Leg. p. 208.

Quis

Ex Scip. Genit. Origo ad Pand. lib. sing. in Theb.
Otton. Tom. IV. p. 1366. Add. & Menag. Augenpit. Ita
Civ. cap. 39. p. 320. seq.

Qui in continentibus urbis nati sunt, Romae nati intelligantur. I. Rob. Steph. intelliguntur. Vid. Leeuwen ad Peckius de Arrestis cap. 3. num. 13.

L. CXLVIII.

GAJUS lib. VIII. ad Legem Julianam & Papiam.]

Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. cap. 24.* *

Heinecc. *ad eand. Leg. p. 351.*

Haec enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos, semper plurali numero profertur, sicut & pugillares & codicilli.] Augustin. de Civit. Dei XVI. 40. Sicut in Latinae linguae consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etiam si non sint uno amplius. Sed vide Val. Guil. Forster. Obs. I. 5. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 908.]

L. CXLIX.

IDEM lib. X. ad Legem Julianam & Papiam.]

Jac. Gothofred. *ad L. Jul. caduc. cap. 29. & in not. Heinecc. ad eand. Leg. p. 386.*

Nam quem sine liberis esse, dicere non possumus; hunc, neesse est, dicamus liberos habere.] Ergo gaudebit Iure accrescendi, quod tempore Gaji hisce dabatur. Jac. Gothofred. loc. cit. in not.

L. CL.

*IDEM lib. IX. ad Legem Julianam & Papiam. **]*

Jac.

* Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit. XIII. not. 2.*

** Verba haec *ad Legem Julianam & Papiam Florentiae in margine, adscripta esse, notavit Brencman.* Vid. Corp. Juris Gebaueri & Spangenbergh.

Jac. Gothofred. ad *L. Jul. & Pap.* cap. 25. Alter
ter Heinecc. ad eand. Leg. p. 101. & 357.

Si ita a te stipulatus fuero, quanto minus &c.]
Facit *I. 145. h. t.* Graeci in *Addend. ad Basilic.*
Tom. I.

L. CLI.

TERENTIUS CLEMENS lib. V. ad *Legem Julianam & Papiam.*] Jac. Gothofred. ad *L. Jul. & Pap.* cap. 17.

*Delata hereditas intelligitur, quam quis possit
ad eundo consequi.]* Paulo aliter *I. 13. de adq. vel
omitt. hered.* Tricatur Bachov. ad Treutler. Vol. II.
Part. I. Disp. 15. Thes. 6. Lit. A. p. 968.

L. CLII.

GAJUS lib. X. ad *Legem Julianam & Papiam.*] Jac. Gothofred. ad *L. Jul. caduc. cap. 30.* Heinecc. ad eand. Leg. p. 396.

L. CLIII.

TERENTIUS CLEMENS lib. XI. ad *Legem Julianam & Papiam.*] Jac. Gothofred. ad *L. Jul. & Pap.* cap. 27. Heinecc. ad eand. Leg. p. 357.

L. CLIV.

MACER lib. I. ad *Legem vicefimam.**] De occa-

* Ita quoque legitur in *Pand. Florentin.*, & eodem modo
inscribitur *I. 13. de transactionib.* *I. 37. de religios.* &
sumt. fun. *I. 7.* qui *testam. fac. poss.* & *I. 68. ad Leg.*
Falcid. nisi quod omnibus iis in locis addatur vox *heredita-*
tum.

casione Legis vid. Cujac. *ad Pauli Sentent. IV.*
6. §. 3. &³ ad l. 3. h. t. *

*Mille passus non a milliario ** urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt.]* Scil. ubi incipiebant. Facit l. 2. h. t. Add. Holsten. *Diss. de Milliario aureo,* † ubi Antiquarios hic errasse probat. Add. Ryckius *ad Tacit. Histor. I.* 27. & alia

rium. Attamen vitiosam hanc esse scripturam & legendum *ad Legem vicefimae hereditatum*, vel *ad Legem vicefimariam*, aut *vicefimarum*, docuit Gronovius *de Pecun. Vet. III. 13. p. 218. seq.* & Bachius *in Hist. Juris. III. 2. Sez. 5. §. 4. not. k. p. 483.* & *ibid. p. 307. edit. A. C. Stockman.* De ipso autem hoc Vestigali vide Schulting. *ad Paul. Sent. Tit. VI. not. 1.* & auctores ibi citatos.

* Add. Franc. Ramos del Manzano *ad Leg. Jul. & Pap. I. 25.* in Thes. Meerman. *Tom. V. p. 113.* & Conrad. *Parerg. p. 392. seq.* licet is Legem hanc longe alter explicet.

** *Miliario etiam in Pand. Florent. legitur: pro quo Almale muro.* Vid. Ant. Augustin. *Emend. IV. 7.* in Thes. Otton. *Tom. IV. p. 1536.*

† Qui primus, quod sciam, auctor fuit, millarios Lapidés in viis Italiae numeratos fuille à portis urbis, non vero à Milliario aureo, sive Columna illa aurea, vel potius deaurata vel auro ornata, quae ab Augusto in medio urbis sub Aedem Saturni posita est. Vid. Tacit. *Histor. I. 27.* ibique Liplium. Quae *Dissertatio Holstenii* reperitur post notas ejus in Stephanium Byzantium pag. 388. seq. & cuius sententiae accedere videtur quoque Otto. loc. cit. p. 393. Sed contra Holstenium ex professo disputavit & vulgarem opinionem defendere conatus est Otto Arntzenius, *Diss. de Milliario aureo, Sez. III.* in Thes. *Diss. Belgic. G. Oelrichs Vol. I. Tom. II. p. 113. seqq.*

aliter lapides aliquot fuere in urbe, * cum tamen semper dicantur esse ab urbe. Sepulchri *inter miliarium II. & III. ab urbe* mentio sit in *Inscriptione apud Brisson. Sel. Antiq. III. 7.* Nuper aliquis ** ordinem verborum Legis invertit. Nec placet Clar. Otto *de Tutel. Viar. p. 392.*, sed dein rectius.

L. CLV.

* Propter urbis scil. amplitudinem, de qua vid. Plin. *Histor. Nat. III. 5.* Eodem argumento usus quoque est Otto loc. cit. p. 393. Sed vid. Arntzen. *d. Diff. p. 116. seq.*

** Haud scio an non intellexerit Arntzenium, cuius *Differatio, modo laudata*, prodiit *Traject. ad Rhen. 1728.* ubi Sec^t. ult. §. pen. transpositiōnem verborum Legis, à Dion. Gotnofredo in not. tentatam, legente, non a continentibus aedificiis, sed a milliario urbis, approbat: ad quam notam Gothofredi Schultingius adscripsit *māle*. Evidēm nescio, quare Arntzenius verba Legis transponi voluerit, cum, licet Florentiam lectionem retineas, nihil tamen Legi inesse videatur, quod sententiae, quam ipse tūetur, quae & plurim aliorum VV. DD. est, obstaret. Immo videtur ea potius hac lectione confirmari. Etenim non dōcet Macer, millarios lapides a continentibus aedificiis numerandos esse; sed, agens, ut recte monuerunt Cujacius & Ramos del Manzano *locis supra citatis*, de tempore, intra quod testamentum post mortem testatoris aperiendum erat: quod fieri debebat a praesentibus intra triduum, vel quinque dies; ab absentibus vero intra eosdem dies, ex quo supervenerant; vid. Paul. in *Sentent. loc. cit.* ita ut iis primum pro itinere in vicina millia passuum singuli dies darentur. Vid. I. 3. pr. b. t.; — haec igitur istum in modum explicans Macer, ea occasione docet, unde illi passus numerandi sint; scil. non a Milliario urbis, licet ab eo alioquin iterum & milliariorum mensura dirigatur (quae itaque erat ratiō dubitandi) sed a continentibus aedificiis. Ratio, mea sententia, nulla est alia, quam quae adseritur a Ramos del Manzano *loc. cit.* quod

per-

L. CLV.

Proximi] Basilic. *is für sp.*

L. CLVI.

Majore parte anni possedit quis intelligitur &c.]
In Interdicto utrubi. *

L. CLVII.

§. 1.

*Item via est &c.] Publica scil. ***

L. CLIX.

*Etiam aureos nummos aes dicimus.] Senec. de
Benefic. V. 14. Aes alienum habere dicitur, & qui
aureos debet. &c.*

L. CLX.

nempe Romae appellatio demum finiatur continentibus aedificatis. Vid. l. 2. pr. l. 87. b. t. l. 4. §. 4. de penu legat., heque existimetur absens, qui intra continentia est. Vid. l. 173. §. 1. & l. 199. pr. b. t. Sicuti igitur illis, qui intra continentia erant, non alii dies praeter illos tres vel quinque concedebantur, cum haberentur praesentes; sic quoque consentaneum erat, ut illi, qui abefat, ut Romam federet, vicena pro itinere in dies singulos millaria, non a Milario urbis, sed a continentibus aedificatis numerarentur. Ne scilicet alioquin melioris hic conditionis esset: habebat enim amplius, ex quo supervenerat, eosdem tres vel quinque dies.

* Vid. Cujac. & Schulting. ad Paul. Sentent. V. 6. §. 1.
not. 6. & 9.

**** Add. Goeddaets** *bij flint* (Groningen) *in de vorm van een houten*

L. CLX.

Ceterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur &c.] Merend. Controv. Furis XXII. 20. Add. l. ult. in fin. de auro arg. legat.

Reliquorum] Vid. l. 95. h. t.

*Nam tentat &c.] Dion. Gothofred. in not. Forte tentatur, vel tentari potest: male.**

L. CLXI.

*Non est pupillus, qui in utero est.] Goeddaeus casum ponit ex l. 8. de adq. vel omitt. heredit. & quod ea occasione haec sint scripta. Quod non placet. ***

L. CLXII.

* *Eodem enim plane modo idem Ulpianus in l. 18. §. 2. famil. ercisc. Idem tamen tentat, — praescriptis verbis posse eos experiri.*

* *Cujacius refert ad tutoris dationem testamento scriptam. Conf. l. 19. §. 2. de testam. tutel. Obstat tamen, quod non appareat, Ulpianum Lib. VII. ad Sabinum, de tutela testamentaria egisse. Licet igitur neque ego per omnia probem explicationem Goeddaei; cum eo tamen existimem, probabile esse, Ulpianum haec scripsisse occasione Legis 8. all. ubi docet, quomodo *pupillus* vel *pupilla* hereditatem sibi delatam adquirit, nempe *auctoritate tutoris*. Qua occasione opime addere potuit Jctus, non esse *pupillum*, qui in utero est, adeoque de eo se non loqui; quemadmodum nec se loqui ait de *pupillis hereditibus necessariis*. Et sane illi, qui in utero est, omnia quidem Jura integra servantur in tempus nativitatis. Vid. l. 3. pr. si pars hered. pet. Sed hereditatem interim adquirere non potest.*

L. CLXII.

POMPONIUS lib. II. *ad Sabinum.*] Junge l. 14.
de vulg. & pupill. subst.

§. 1.

Sed vulgi sermone &c.] Qui in *interpretatione* spectandus. *

L. CLXIII.

PAULUS lib. II. *ad Sabinum.*] Junge l. 10.
de honor. posseſſ. quae est ex hoc libro. Ad Legata non potest pertinere: nam de iis *hoc libro* non actum, etſi ibi praecipue *talia quaerantur.* **

L. CLXIV.

ULPIANUS lib. XV. *ad Sabinum.*] Agens de Legatis. †

§. 1.

Partitionis nomen &c.] Vid. Leonin. Emend. V. 5.

Non

* Conf. l. 3. in fin. *de ſupelleſt. legat.* Facit huc locus Horat. *de Arte Poētic.* vſ. 68. seqq.

Multa renascentur, quae jam cecidere, cadentque

Quae nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus:

Quem penes arbitrium eſt & jus & norma loquendi.

** Verba §. 1. b. l. nam & feminas puerperas appellant &c. explicat Nic. Catharin. *Obſ. III.* 37. in Theſ. Meerman. Tom. VI. p. 788.

† Junge l. 17. *de Legat.* I. Eckhard. *Hermen. Juris.* I. 5. §. 175.

Non semper dimidium significat.] Al. dimidiā partem, teste Leonin, loc. cit. §. ult.

*Potest enim juberi aliquis, & maximā partiri posse, & viceversam, &c.] Al. maximam partiri, potest & viceversam &c. Leonin, dict. loc. **

*Sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.] Vid. l. 1t. §. 6. de Interragat. in Jure fac. Ulpian, in *Fragm. Tit.* 24. §. 25. & *Tit.* 22. §. ult. Sic & Marcus Imp. apud Vulcatum Gallicanum in *Vita Avidii Cassi cap.* 12. Lactant. *de Mortib. Persecut.* cap. 47. Facit Donat. *ad Torent. Etnich.* V. 8. vs. 25. Hinc autem vulgo colligitur regula: portionem qui dicit, nec adjecit quotam, dimidiā significat. Sed hoc non sequitur ex hac lege. Vid. Leonin, dict. loc. §. 6.*

§. 2.

Habere, scut pervenire, cum effectu accipiendum.] An pertinent ad verba stipulationis inter Legatarium Partiarium & heredem? de quibus vid. §. 3. Instit. de fideic. heredit. Add. l. seq.

L. CLXV.

Venisse ad heredem nihil intelligitur &c.] Et hanc Legem de eadem stipulatione intelligo, de qua l. praec. §. ult.

L. CLXVI.

* Ita quoque Clar. Jac. Voorda, *Diff. de Legat. Partit.* §. 3. in not. Aliter d'Arnaudt. *Var. Conject.* II. 2. Equidem nihil matem, modo Lex bene interpungatur: nempe hoc modo: potest enim juberi aliquis & maximam partiri posse & viceversam &c. saepius enim ita localuntur Icti Veteres. Vid. quae notavi ad l. 18. b. 2.

L. CLXVI.

IDEM lib. VI. ad Sabinum.] Agens de Legatis.

Urbana familia & rustica non loco, sed genere,
distinguitur.] Rusticae durius ministerium. Senec.
de Ira, III. 29. Aliud tamen hic est genere: pro
quo Nic. Catharin. Obs. cap. 32. [in Thes. Ot-
ton. Tom. I. p. 493.] substituit munere.

Potest enim aliquis dispensator non esse servorum
urbanorum numero,] Etsi opus rusticum non faciat.

Veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset:
ibique habitet &c.] Ubique, i. e. ubicunque, Cujac.*
in Not. posteriorib. ad §. 1. Instit. de servitu-
tib. Nic. Catharin. loc. cit. urbimque: male. Alter
Pagan. Gaudentius Jurid. Exposition. II. 25.
[in Thes. Otton. Tom. III. p. 383.] sed non ex-
pedit.

*Non multum abest a Villico:** Insularius autem*
urbanorum &c.] Nic. Catharin. loc. cit. Non mul-
tum abest a Villico Insularius, tamen urbanorum &c.

Et vicariis apparebit.] Cibariis, Cujac. dict. loc.,
& h. ex l. 99. pr. de Legat. 3. Nic. Catharin.
loc. cit. diariis i. e. demenso servorum, vel rationi-
bus domini.

§. 1.

* Probat hanc emendationem Cujacii quoque Conrad.
Parerg. p. 549.

** Florentiae Villico. Vid. Graev. & Oudend. ad Sueton. in
Claud. Cap. XXXVIII. De ejus officio vid. M. Cato. de
Re Rustic. Cap. V. & Columell. XI. 1.

§. I.

Pernocētare extra urbem intelligendus est &c.] Vid. Scip. Gentil. Parerg. I. 32. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1305.]

L. CLXVII.

ULPIANUS lib. XXV. ad Sabinum.] Jungo l. 55. de Legat. 3.

Et alia ligna cōcta, ne fumum faciant,] Ad quae nonnulli referunt locum Diogenis Laertii, I. 104. Καὶ τὸτε ἔφη θάνατος οὐτίναι ιωμένου παρεῖ τοῖς "Ελλήσιν, ὅτι εἰδὲ μὴ καπνὸν σὸν τοὺς ἄρσοις κατελθεῖται, τὰ δὲ ξύλα τοῖς τὴν πόλιν κομιζοται.*

Sulpurata quoque de ligno &c.] Vid. Pagan. Gaudent. Jurid. Exposit. II. 24. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 383.]

L. CLXVIII.

PAULUS: lib. IV. ad Sabinum.] De Legatis agens. Idem l. 56. de Legat. 3.

L. CLXIX.

IDEM lib. V. ad Sabinum.] Ubi de emtione egit & venditione.

Et testamentis] Vid. l. 163. h. 2.

L. CLXX.

* Vid. Egid. Menag. ad diū. lac. Diogen. Laertii. Graecis haec sunt ακατένεια. Adde J. M. Gesnerum ad Catecum de Re Rustic. cap. 130. & ibid. Aufon. Popma.

L. CLXX.

ULPIANUS lib. XXXIII. ad Sabinum.] Junge
l. 32. §. 2. *de donat. int. vir. & uxor.*

L. CLXXI.

POMPONIUS lib. XVI. ad Sabinum.] Junge
l. 4. *de act. rerum amor.*

Pervenisse ad te recte dicitur &c.] Add. l. 140. h.s.

L. CLXXII.

ULPIANUS lib. XXXVIII. ad Sabinum.] Agens
de tutelis legitimis.

L. CLXXIII.

IDEM lib. XXXIX. ad Sabinum.] De tutela da-
tiva agens.

*Collegarum appellatione hi continentur, qui sunt
eiusdem potestatis.] Casus in l. 19. §. 1. de tutorib.
& curatorib. datis &c. Contra haec vid. Jan.
Langlaeum Semestr. VII. 5. non obseruantem, hic
explicari verbum occasione certa usurpatum.*

§. I.

*Qui extra continentia urbis est. &c.] Facit l. 5.
de tutorib. & curat. dat. &c.*

L. CLXXIV.

IDEM lib. XLII. ad Sabinum.] Junge l. 50. *de
pactis. l. 31. de evictionib.*

*Qui enim dicit, furem non esse, de hominis propo-
fito loquitur.] Praesenti, non futuro. Cyriac.
Controv. 85.*

L. CLXXV.

POMPONIUS lib. XXII. ad Sabinum.] Egit & illic de solutionibus. Junge l. 27. de verbor. obli-
gationib.

L. CLXXVI.

ULPIANUS lib. XLV. ad Sabinum.] De obli-
gationibus & stipulationibus agens.

L. CLXXVII.

IDÉM lib. XLVII. ad Sabinum.] In hoc libro de fidejussoribus, ac similibus egit. Jac. Gothofred. ad l. 65. de Reg. Jur. accipit de acceptilatione & jungit l. 8. de acceptilat.; sed inscriptio repugnat.

Natura cavillationis. quam Graeci Σωείτην, id est, acervalem syllogismum, * appellaverunt, haec est &c.] Idem l. 65. de Reg. Juris.

Cavillationis] Cicero pro sophisme usurpavit. Senec. Epist. CXI,

Ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea, quae evidenter falsa sunt, perduca- tur.] Senec. Epist. 48. Scilicet nisi interrogatio- nes vaferimas struxero, & conclusione falsa a vero nascentis mendacium adstrinxero, non poterat a fugien- dis potesta secernere. Add. Epist. 82. Vitiosum & captiosum hoc genus interrogandi, Cicero in Lucullo [sive Acad. Quaest. Lib. IV.] cap. 16. 28 & 29. Nic. Catharin. Obs. cap. 26. [in Thes. Ot- ton. Tom. I. p. 491.] ita legit: ut ab evidenter ve- ris per brevissimas argumentationes disputando, ad ea,

* Haec interpretatio in Codice Florentino non reperitur.

ad tit. Dig: de Verborum Significatione. ¶

*ea, quae evidenter falsa sunt, perducat: non
recte; **

L. CLXXXVIII.

IDEM lib. XLIX. ad Sabinum.] Junge l. 2. de
hered, vel act. vend. Add. Cujac. Obs. II. 30. **

S. 2.

*Persecutionis verbo extraordinarias persecutio-
nes puto contineri, ut puta fideicommissorum &c.]* Ul-
pian. *Fragm. Tit. 25. §. 12. + l. 70. §. 1. ad
SCTum Trebell.* Sande de Prohib. rerum alien.
Part. III. cap. 4. num. 5.

L. CLXXIX.

IDEM lib. LI. ad Sabinum.] Junge l. 13. de
Jurisdic. l. 59. de Judiciis. l. 55. de Re Judic.
Inter haec verba, quanti ea res erit &c.] Formu-
lae, de quibus hoc libro egit, & dando Judice.

L. CLXXX.

POMPONIUS lib. XXX. ad Sabinum.] Junge
l. 1. de loc. & itinerib. publ.

Tugurii] Quod forte in litore ponetur, vel lo-
co

* Egit de hac Legi quoque Cujac. *Tract. V. ad African.*
in Explic. l. 88. ad L. Falcid. Add. Eckhard. *Herm. Jur. I. 4.*
§. 127. & in not. imprimis autem de Sophismate legenda
*élegantissima Jacobi Facciolati *Acroasis* III. de Pseudomeno.*

** Et Eckhard. *dit. loc. I. 5. §. 204.*

+ Add. Gebauer. *de Jurisdic. sec. doctrin. Roman. cap. II.*
§. 11. in ejus Exercit. Acad. Vol. I. p. 456. seqq.

eo publico. Occurrebat haec vox in XII Tabb. Vid. Jac. Gothofred. ad LL. XII. Tabb. p. 134. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 127.]

§. I.

Ofilius ait, tugurium a tecto, tanquam tegulum, esse dictum, &c.] Vid. Festum voc. *tuguria*.

L. CLXXXI.

IDE M lib. XXXV. ad Sabinum.] Ubi de *Sabina-*
no interdicto & de pignoribus tractavit.

L. CLXXXII.

ULPIANUS lib. XXVII. ad *Editum.*] An oc-
casione constitutae pecuniae? Junge l. 1. in fin. de
constit. pecun. Cujacius legit lib. XXIX. quod
non probo, & mox demum est Lex ex lib. XXVIII.*

L. CLXXXIII.

IDE M lib. XXVIII. ad *Editum.*] Junge l. 1.
5. 7. 9. 11. de *institor. action.*

Tabernae appellatio &c.] Junge l. 185. h. t. **

Nempe ex eo, quod tabulis cluditur.] Florentiae
legi-

* Attamen Compilatores, ordinem Librorum saepius inver-
tunt: uti patet ex *Inscript.* l. 29. 32. 34. 35. 76. & 77.
b. 1. Est tamen conjectura Schultingii admodum probabilis,
neque adeo emendatio Cujacii necessaria; licet eam laudet Jof.
Fern. de Retes *Opuscul.* V. 1. §. 10. in Thes. Meerman,
Tom. VI. p. 242.

** Add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 26. num. 7.

legitur non ex eo &c.* Best. *de Ration. Emend.*
Leg. cap. I. §. 12. num. 5. nomen ex eo &c. Nic.
Catharin. *Obs. cap. 30.* [in Thes. Otton. Tom. I.
p. 492.] *nominatum ex eo &c.* putaris literarum
compendio scriptum fuisse *nom.*, indeque Librarios
fecisse *non*.

L. CLXXXIV.

PAULUS lib. XXX. *ad Edictum.*] Junge l. 4.
l. 6. *de Institor. action.*

L. CLXXXV.

ULPIANUS lib. XXVIII. *ad Edictum.*] Junge
l. 183. h. t.

L. CLXXXVI.

IDEM lib. XXX. *ad Edictum.*] Junge l. 1. 5. 7.
deposit. & exemplum ex l 24. eod.

Commendare nihil aliud est, quam deponere.] Vid.
quae notavit Pater [Joh. Schulting.] *ad M. A.*
Senec. Controv. 12. p. 188. **

L. CLXXXVII.

IDEM lib. XXXII. *ad Edictum.*] Junge l. 4.
l. II. *de hered. vel act. vend.* Conf. l. 20. §. 15.
de hered. petit. Ita bene Cujacius.

L. CLXXXVIII.

* Florentinam lectionem defendere conatur Marckart. *Pro
bab. rec. lection. part. I. p. 166. seqq.* Cluditur veteres
dixisse, notum est. Sic Sueton. *in Aug. cap. 22.* Janum
Quirinum-ter clusit. Add. Bynkersh. *Obs. VIII. 5.*

** Add. Oisel. *ad Caii Instit. II. 10. §. 4. not. 28.*

L. CLXXXVIII.

PAULUS lib. XXXIII. ad Edictum.] Junge l. 5.
de evictionib. & conf. l. 57. eod. & l. 38. de Ver-
bor. obligationib.

L. CLXXXIX.

IDEM lib. XXXIV. ad Edictum.] Ubi de loca-
tione conductione egit.

Facere oportere & hanc significationem habet, &c.]
Leonin. Emend. I. 17. late.

L. CXC.

ULPİANUS lib. XXXIV. ad Edictum.] Junge
l. 35. de donat. int. vir. & uxor. & conf. l. 3. §. 1.
cod.

Non eos, qui ex provincia oriundi sunt.] Ergo
non pertinet ad speciem l. 38. de ritu nuptiar. *

L. CXLI.

PAULUS lib. XXXV. ad Edictum.] Junge l. 1.
& 3. de divorc. & repud. **

L. CXII.

* Videntur tamen verba, non eos, qui ex provincia oriundi
sunt, intelligenda de iis, qui e provincia licet oriundi, ibi
tamen non degunt; & vicissim verba inde oriundam in l. 38.
all. de muliere, quae e provincia oriunda ibi habitat. Vid.
Cujac. b. & sic quoque Pothier. in not. ad b. l. & d. l. 38.
Pluribus autem hac de re egit Conrad. Parerg. p. 489. seqq.

** Add. Schulting. ad Pauli sentent. Lib. II. Tit. de adop-
tionib. not. 1. in Jurisprud. ante justin. p. 316.

L. CXCI.

Minutulam*] Basilic. ιδεισθαι την αντίστοιχη

L. .CXCIII.

IDE M lib. XXXVIII. ad Edictum.] Et hic ègit de actionibus ex furto.

L. CXCIV.

ULPIANUS lib. XLIII: ad Edictum.] Jung
l. 6: l. 8: de bonis libertor.

Nam munus esse donum cum causa,] Donum quod officii causa datur, Festus voc. munis.

L. CXCV.

I D E M lib. XLVI. ad Edictum. ¶ Agens, ut via
detur, de honorum possessione tanquam ex familia.
Vid. Jac. Gothofred. in not. ad LL. XII. Tabb.
Tab. V.

Pronunciatio sermonis in sexu masculino &c.] Vid.
Merend. Controv. Juris. X. 9.

S. I,

* Sic quoque Plautus *Poenul.* prolog. vs. 28.

Pueros infantes MINUTULOS

Domi ut procurent.

Macrobius. *Saturn. VII:3.* *irridendo ceram M.*

§. I...

Familiae appellatio &c.] Vid. Sande de Prohibit. rerum alienat. Part. III. cap. 6.

Ex ea familia, inquit, in eam familiam.] Jac. Gothofred. loc. cit.

§. 2...

Juris proprio familiam dicimus plures personas &c.] De quarum ordine vid. Chrysost. in I. ad Corinth, Serm. 34. p. 469. [edit. Eton. 1612. Tom. III.]

*Plures personas] Alioqui familiae erunt imperfectae. Stob. Serm. 65. p. 414. & 415. **

*Ut puta patremfamilias] Vid. Cujac. ad l. II. de lib. & post. hered. inst. ***

Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet.] Vid. Pricaeum ad Luc. XV. 29. Facit Lactant. Divin. Inst. IV. 3. Dominum vero eundem esse, qui sit pater, etiam Juris Civilis ratio demonstrat &c. Salvian. de Gubernat. Dei, VII. p. 135. Chrysost. in I. ad Corinth. Serm. 34. p. 469. eleganter.

Denique & pupillum patremfamilias appellamus.] Tertullian. de Virginib. Veland. Cap. XI. in fin. Materfamiliae vocatur, licet virgo, & paterfamiliae, licet investis. Vid. de his nominibus Grotium de Jure Belli ac Pacis III. 14. §. 5. †

§. 3.

* Egregia est illa disputatio Hieroclis Philosophi.

** Vocem hanc patremfamilias ab aliena manu profectam esse, putat d'Arnaudt. Var. Conject. I. 8. quod non probbo. Vid. seq. l. 196. pr. Add. Theod. Joh. van Lom, Diff. de Familia, Lugd. Batav. 1785.

† De constructione sequentium verborum: cum paterfamilias moritur &c. Vid. Clar. Noodt. Obs. I. 4. in fin.

§. 3.

Servitutium] i. e. *servorum*. Bynkersh. Obs. III.
14. p. 276.

§. 4.

*Item appellatur familia plurium personarum, quae
ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiuntur.]*
An & spuri? Vid. Cyriac. Controv. 209. num. 7.
seqq. caute.

Ultimi genitoris] Virg. Eneid. VII. vs. 49.

Tu sanguinis ultimus auctor.

§. 5.

Mulier autem familie suae & caput & finis est.]
Facit Labeo apud Nonium Marcellum voc. soror. &
apud Gellium Noct. Attic. XIII. 10. Soror, in-
quit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur, se-
paraturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam
familiam transgreditur. Non ita in fideicommissis
semper. Vid. Cyriac. Controv. 281. num. 85. seqq.
Est.] Basilic. *Item dicitur.*

L. CXCVI.

GAJUS lib. XVI. ad Edictum Provinciale.] De
bonorum possessione agens. Vid. ad Leg. praec.

*Familiae appellatione & ipse princeps familiae con-
tinetur.]* Ratio dubitandi est in §. 2. praec. Leg.

L. CXCVII.

ULPIANUS lib. L. ad Edictum.] Junge l. 3.
§. 14. de SCto Silan.

G.

L. CXCVIII.

L. CXCVIII.

[**IDEM lib. II. de omnibus Tribunalibus.**] Junge l. 6. l. 8. de reb. eor. qui sub tut. vel cura sunt &c. ¶ Sed & si forte stabula sunt,] Aliud in casu l. 4. in quib. cauß. pign. vel hyp. tac. contr.

[**Plane si plurimum horti in redita sunt &c. magis haec non sunt urbana.**] Nec alienari poterunt ex Oratione Severi.

L. CXCIX.

[**IDEM lib. VIII. de omnibus Tribunalibus.**] Junge l. 6. l. 8. de tutor. & curat. dat. &c. & add. l. 5. eod.

§. 1.

[**Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est.**] Is nunc, in quo statu sit, in pendentia est. **

L. CC.

[**Haec stipulatio, noxis solutum praestari &c.**] Frequentis in venditione; & qedititia. †

L. CCI.

* Add. Eckhard, Herm. Jur. I. 5. §. 200. & Clar. Bay. Voerda, Thef. Controv. Dec. XXIX. §. 2.

** Propter Jus possimini scil.: neque proinde tutor a magistratu dari potest. arg. l. 6. §. 1. de tutelis. add. l. 14. §. 2. & l. 15. eod. Captivus igitur hic non est instar absentis: is enim tutor dari potest. vid. l. 5. all. Licet in aliis Juris questionibus ab hostibus captus pro absente habeatur. Conf. Pothier. in not. ad b. l.

† Vid. l. 1. §. 1. de Editis. Edit. & l. 17. §. 17. eod.

L. CCI.

IDE M lib. LXXXI. Digestorum.] Junge l. 102.
de Legat. l. l. 13. de liberat. legat. & addi l. 41.
§. 5. de Legat. 3. simil. l. 59. de ritu nupt.

Fusta interpretatione recipiendum est &c.] Late
P. Faber. Semebr. III. 24. Merend. Controv. Ju-
ris, X. 7. & 8. Sande Decis. Lib. IV. Tit. 5. def. 9.
Ant. Faber Cod. Sabaud. Lib. VI. Tit. 19. def. 4.
Vid. & Cyriac. Controv. 521. num. 46. seqq. &
522. num. 15. seqq. ubi & de *pronepotibus*, de
quibus id negat num. 32. De eadem re Idem Con-
trov. 8. num. 40. seqq. late.

Fusta interpretatione] Non ex ipso verbo. Vid.
Ant. Faber de Errorib. Pragmatic. Dec. 29. err. 1.

Sicuti filiam familiat contineri &c.] Non infideicom-
missis. Leonin. Conf. 97. num. 14.

*Et patris nomine avus quoque demonstrari intelligi-
gatur.*] Vid. Clar. Noodt in Comm. ad Tit. Pand.
de testam. tut. in fin. *

L. CCII.

Cum in testamento scriptum esset &c.] Respon-
sum hoc est.

L. CCIII.

IDE M lib. VII. Digestorum.] Junge l. 29, loc.
cond. l. 15. de Publican. Facit l. 13. Cod. Theod.
de Iustit. conlat. [Tom. V. p. 17.]

In

* In altero exemplari in 4to. additur: *Non in odio sis.*
vid. l. 44. §. 2. de rit. nupt. & l. 20. ad L. Jul. de
adulter. Brisson. de Jure Connub. [Oper. min. p. 348. in
fin. & seq.]

G 2

In lege Censoria] De qua Guil. Forner. *Select. I.* 25. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 37.] *Lex publici, Tacit. Annal. XIII. 51.* ubi jubetur proponi.*

Servos, quos domo] Rob. Steph. *domum.*

Quid autem esset, usu suo, magnam habuisse dubitationem &c.] Junge l. 28. *de auro arg. legat.*

Quo in genere Junctores] *Uuctores* Guil. Forner, loc. cit. III. ult. **

L. CCIV.

PAULUS lib. II. Epitomarum Alfeni.] Junge l. 28. *de cond. & demonstr. †*

L. CCV.

IDEM lib. IV. Epitomarum Alfeni.] Junge l. 40. *de contrah. emt.*

Qui fundum vendidit, pomum recepit] i. e. reser-
yavit. l. 40. §. 3. *de contrah. emt.* Gell. Noct. Attic. XVII. 6. Plaut. *Trinumm. Act. I. Scen. II.* circa fin.

Posticulum hoc recepit, cum aedes vendidit.

Nuces] Ovid. *Eleg. de Nuce vs. 6.*

*Nil ego peccavi: nisi si peccasse vocetur,
Annua cultori poma referre suo.*

Plin.

* Add. Hotomann. *ad Cicer. Epist. ad Q. Fratrem I. 1.*

** In editione in 40. ad verba Dion. Gothofredi in not. Sed tamen in antiquis Glossis Junctor est ζευλης &c. notavit Schultingius: sed eti⁹ & tales servi fuerint, hi tamen ad tuendum domini corpus non pertinebant. Add. P. Victor. Var. Lection. XXXVII. 1.

† Add. Nic. Catharin. *Obs. II. 44.* in Thes. Meertmann. Tom. VI. p. 783.

Plin. *Hift. Nat.* XV. 23. Sed vid. Macrob. *Saturnal.* II. 15. Menag. *Amoenit. Jur. Civ.* cap. 8. Freher. *Parerg.* I. 3. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 864. seq.]

[*Duracinas*] Martial. *Xeniiis, Epigr.* 19. Cujac. h. *Quas Graeci ῥεάξινε, id est comedibiles,* appellarent.* J. Facit Paul. in *Sent.* III. 6. §. 77. Ita late quoque sumta videntur *poma* in *Lege Laurentium* apud Festum *voc. armata.* Pro *palmulis Sulpic.* Severus, *Dial.* I. c. 13.

L. CCVI.

[*Vasa torcularia*] Basilic. τὰ πηγαὶ τὸ λαὸν.

[*Serias*] Graeci στρῖμες, & addunt, καὶ οἱ πέραποι.

[*Veluti si frumentum in his addatur.*] Rob. Steph. abdatur. Varro *Otōgēst. πίεσι τονικάτων.* ** Addere in bulgam, in vesicam; & de Ling. Latin. lib. IV. p. 41. Cum in dolium aut culeum vinum addunt rustici. Fest. *voc. mures.* Nic. Catharin. Obs. cap. 1. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 485.] †

L. CCVII.

AFRICANUS lib. III. *Quæfitionum.*] Junge l. 22. *de oblig. & action.*

[*Mercis appellatione homines non contineri.*] Quos a mercibus distinguit quoque Cicer. in *Verr.* Act. II. lib. 5. cap. 58. *Navibus, mancipiis, mercibus adematis,*

* Abest haec explicatio a Cod. Florentino.

** Apud Nonium Marcellum *voc. bulga.*

† Receptam lectionem defendit quoque Marckart. *Interpr. recept. lection.* I. 20, §. 2. p. 131.

tis, in vincula confectos esse mercatores, & in vinculis cives Romanos necatos esse arguo. Quintilianus tamen Declam. VI, Civis Romanus merces fio: an merx? *

Et ob eam rem mangones non mercatores &c.] Quos & distinguit Senec. de Benefic. IV. 13. Mercator urbibus prodest, medicus aegris, mango venabibus.

Sed Venaliciarios] Venalicii, Cicero apud Non. Marcell. h. voc. p. 1884. Vid. Burmann. ad Petronii cap. 29. Mangonici venalicii, Plin. Hist. Nat. XXI. 26. Add. Vales. ad Amm. Marcellin. XXII. 7. Tabernas habuere in foro ad Castoris. Senec. de Constantia sapientis, cap. 13. Questus eorum in honestus. Plaut. Captiv. Act. I. Scen. I. vs. 31. Add. I. 44. S. I. de Aedil. Edid.

L. CCVIII.

IDE M lib. IV, Quæstionum.] Agens forte de bonorum possessione,

L. CCIX.

FLORENTINUS lib. X. Institutionum.] Agens forte de testamentis. Add. I. 25. §. 10. de adq. vel omitt. hered. Cujac. h.

Coram Tito aliquid facere iussus, non videtur praefidente ead fecisse, nisi is intelligat &c.] Fasit h. utr. h., i.

L. CCX.

Hanc lectionem, a Schultingio acceptam, Burmannus in contextu admittit. Vid. Burmann. in notis ad dicit. Declam. VI. cap. 17.

L. CCX.

MARCIANUS lib. VII. *Institutionum.*] Agens forte de Legatis.

Is, qui natus est ex mancipiis urbanis &c.] Conf. I. 166. h. t.

L. CCXI.

Fundi appellatione omne aedificium & omnis ager continetur.] Ita in XII. Tabb. usus & auctoritas fundi, * & in L. Julia de fundo dotali.

Locus vero sine aedificio &c.] Locus apud Pliniūm saepe dicitur, ubi quondam fuit urbs. **

L. CCXII.

Praevericatores eos appellamus &c.] Vid. l. i. de praevericat.

L. CCXIII.

Cedere diem significat, incipere deberi pecuniam. ¶ Alludit Tertullianus de Fuga in persecutione, cap. 12. *Sol cessit diem emtionis nostra.* Apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in coelis.

Venire diem significat &c.] Cicer. pro Plancio cap. 28. *Effe,* Cicer. ad Attic. VIII. 10.

Ubi pure quis stipulatus fuerit] Basilic. *et eius* *incipiens.* Nimis stricte.

Et

* Vid. quae monui ad l. 115. h. t.

** Veluti Hist. Nat. IV. 5. locus Phœbas. ubi vid. Harduin. Hinc quoque Ovid. Fastor. II. vs. 280.

Hic, ubi nunc urbs est, tum locus urbis erat.

Et cessit & venit dies: &c.] Dion. Gothofred, in not. *Accedo Hotomanni sententiae, dicentis, hanc subtilem differentiam, qua de hic agitur, non ex Ulpiani ingenio, sed ex Tribonianii potius audacia fluxisse.* Perperam.*

Ubi sub conditione, neque cessit &c.] Jus quidem est transmissionis: vid. §. 4. *Instit. de verbor. oblig.* at condici solutum interim potest. l. 16. pr. de condic. indeb.

Pendente adhuc conditione] Bastlic. *terquam int. vñc niptores.*

§. 2.

Lata culpa est nimia negligentia &c.] Respicit Cicer. pro Balbo. cap. 6.

L. CCXIV.

MARCIANUS lib. I. Publicorum judiciorum, Junge l. 15. *de offic. Praesid.* Add. l. 1. l. 6. §. 2. ad L. *Jul. repetund.*

Sed in summa in hoc ventum est, ut non quodcumque munus, id & donum accipiat. Ut cum dicimus publica munera. Recte Bachov. ad Treut. Vol. II. p. 11. *Disp. 19. Thes. 2. Lit. E. p. 79.*** Al. ut quodcumque munus &c.: male.

At quod donum fuerit, id munus recte dicatur. Al. at non quodcumque fuerit: & hoc male.

L. CCXV.

* Add. Vinn. in *Comm. ad §. 2. Instit. de Verbor. obligat.* ubi haec omnia late explicantur.

** Ubi pugnam tollit, quae hanc inter & Legem 194. §. 4. esse possit videri.

L. CCXV.

Potestatis] Quo verbo usus videtur *Lex Fusia Caninia*.

Potestatis verbo plura significantur &c.] Etiam Princeps eam dubio procul habet; male tamen *vulgatam* lectionem inde explicat in l. 26. *de pignor. & hypoth.* Merilius Variant. ex Cujac. III. 13.

L. CCXVI.

ULPIANUS lib. I. ad Legem Eliam Sentiam.] De qua Paulus in Sent. IV. 12.

Verum est, cum, qui in carcereclusus est &c.] Haec Lex usum non habet *Jure novo*, Baldwin. in *Justinian. lib. III.* [in *Jurispr. Rom. & Attic. Tern. I. p. 1154.*]

L. CCXVII.

JAVOLENUS lib. I. ex Posterioribus Labeonis.] Vid. Cujac. h.

Inter illam conditionem &c.] Qua quid facere debet.*

L. CCXVIII.

PAPINIANUS lib. XXVII. Questionum.] Agens de formula forte stipulationis.

Verbum facere &c.] Generaliter sumtum: hic enim plus est, quam factum.

L. CCXX.

* Add. Merill. Obs. VI. 8.

L. CCXX.

CALLISTRATUS lib. II. Quæstionum.] Jūnge

I. 48. solut. matrimon. *

*H̄os enim omnes suorum appellazione Lex XII. Tabb. comprehendit.] Ex Prudentum interpretatione. Jac. Gothofred. in not. ad LL. XII. Tabb. Tab. V. ***

Totiens enim Leges &c.] In genere, non tantum Lex Julia & Papia, uti vult Merill. Obs. V. 10.

Sed solis his succurrent, quos nominatim enumerauit.] Ut Lex Julia & Papia, quae Ius antiquum [id est Ius ascendendi] liberis & Parentibus testatoris dedit usque ad tertium gradum. Vid. Ulpiian. Fragm. tit. 18.

S. 1.

Nepotes quoque ex filiis contineri.] Vid. ad I. 84. h. 1.

Filiis enim appellations saepe & nepotes accipi.] Non semper; nec fratri filiis vocatis nepotes admittendi. Vid. Cujac. Consultat. XLII.

S. 3.

*Qui liberorum procreandorum animo & voto uxores
suscunt,] Vid. Gell. Noct. Attic. IV. 3. Cufac.
ad Cap. ult. X. de conditionib. appositis. Hotomanni
de Vet. ritu nupt. cap. 3. & 22. Ubi putat, eas*

* Conf. Walch. ad Eckhard. Hermen. Jur. I. 5. §. 175. p. 342. Vid. & de h. l. Averan. Interpret. Juris. III. 26.

** An sub appellazione Belgica Kinderen quoque contineantur nepotes &c. vid. Sand. Decis. IV. 5. defin. 10. & seq. Add. Voet. ad Tit. Pand. ad SCtum Trebell. num. 22.

tantum, quae usū ducebantur, ad finem hunc receptas. Male. Add. Liv. Epis. librè 59. VId. & de hoc voto. Fest. voc. quæsio. Ulpian. in Fragm. tit. 3. §. 3. * Justin. Martyr. Apolog. I. 71. Ad ditum tabulis nuptiislibus, Augustin. de Civit. Délè XIV. 18. Contra votum vero veniunt liberi in illegitimis conjunctionibus. Augustin. Confess. IV. 2. [Oper. Tom. I. p. 70. edit. Antwerp. 1700.]

Ut ex prole eorum, earumye diuturnitatis nobis memoriam in aevum relinquamus.] Inde liberi dicuntur mōnumenta. Merill. Obs. III. 7.

L. CCXXI.

PAULUS lib. X. Responsorum.] Junge l. 12, de tutelis. l. 25. de tutorib. & curat. dat. l. 3. qui pet. tut. vel curat. l. 100. de solutionib.

Falsum tutorem eum vere dici, qui tutor non est.] Bynkersh. Obs. III. 13. eum dici, qui vere tutor non est. **

L. CCXXII.

Et tam corpora, quam Jura continentur.] Nihil muto, faepe ita ordo invertitur. †

L. CCXXIII.

* Ubi vid. Schulting, not. 14. & seq.

** Aut alioquin vere hic aceipiendum pro reſte, uti alibi. Vid. Bynkersh. loc. cit.

† Vid. ad l. 1. b. t. Egregium ad b. l. Commentarium scriptit Jof. Finefres de & a Monzalvo in Hermogen. Juris epitomagr. Lib. VI. Tom. I. p. 656. seqq.

L. CCXXIII.

PAULUS lib. II. Sententiarum.] Agens de *tu-*
telis.

Latae culpae finis &c.] i. e. *definitio.** Sic Quinc-
tilian. *Instit. Orator.* V. 10. & VII. 3. **

§. I.

Amicos appellare debemus &c.] Facit l. 2. pr.
qui pet. tut. vel curat. & Cicer. *de Petition. Consu-*
lat. cap. 4. †

L. CCXXIV.

VENULEJUS lib. VII. Stipulationum.] Cuja-
elius refert ad Edictum *Ex quib. causs. major.* Quod
non video, et si in Edicto illo *vincula* occurant hoc
sensu.

Vinculorum appellatione, vel privata &c.] Quae
hoc tempore in usu fuisse videntur. Rad. Forner.
Rerum Quotidian. III. 10. [in Thes. Otton. Tom. II.
p. 205.]

Significant] Rob. Steph. *significantur: recte.*

L. CCXXV.

TRYPHONINUS lib. I. Disputationum.] Jun-
ge l. 5. *de fugitiv.*

Sed qui ipsi facto fugae initium mente deduxerit.]
Rob.

* Graece *τόπος.*

** Et *ibid.* II. 16. in init. fint Rhetorices. Vid. Schul-
ting. *ad Pauli Sentent.* II. 4. not. 14. Aliter, sed minus
bene, Greg. Lopez. *Animadov. Jur. Civ.* Cap. XVII. num. 11.
seqq. in Thes. Otton. Tom. III. p. 469. seq.

† Vid. Schulting. *ad Pauli Sentent.* II. 28. not. 3.

Rob. Steph. sed qui in ipsum factum fugae, vitium mentis deduxerit. & sic Constantinaeus Subtil. Enodat. II. 23. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 597.] quasi nove, Cujacius Florentinam lectionem tuetur, quae tam Latinas aures offendit. An pro initium mente deduxerit, legendum in actum mentem deduxerit? *

Ut etiam is,] An excidit sit?

Si modo ejus mentis sit, ut occasione data id commissurus sit.] Senec. de Benefic. V. 14. Pricaeus ad Matth. V. 28. in fin.

Sed cum aliquo actu intelligi.] M. Senec. Contr. II. Ceterum Plinius Hist. Nat. XXVIII. 2. refert, servos tales, si nondum urbem essent egressi, Vestalium precatione retentos fuisse credi: sed hoc illis relinquimus.

L. CCXXVI.

* Sed an quidem satis Latinum quoque est deducere mentem in -actum? Praeterea, admissa Schultingii emendatione, vel Stephani lectione, prorsus perit illud fugae initium, quod tamen, ni fallor, emphasis aliquam hic habet. Vult enim Jctus dicere, fugitivum, adeoque vitiosum, servum non haberi, qui fugiendi tantum consilium animo agitaverit, aut natura sua in fugam pronus sit; sed qui vitium mentis ipso facto demonstraverit, fugam parans, & in ipsa fuga paranda deprehensus, etiamsi nondum aufugerit. Licet itaque nec ego existimaverim, Trebatium aut Servium Sulpicium ita locutos fuisse, puto tamen, Tryphoninum, recentioris aetatis Jctum, ita scripsisse, uti Florentiae legitur, & ipso facto fugae initium mente deducere, dixisse pro consilium, quod animo servus habuerit, ipsa fuga paranda, i. e. initio fugae, prodere & probare. Ceterum Haloander edidit, qui in ipso facto: male. Vitium forte inde natum, quod Florent. n*on* qui otiosa manus adscripsit literam n. vid. not. Brencmann. in Corp. Jur. Gobaueri & Spangenbergii.

L. CCXXVI.

Magna negligentia &c.] Vid. Merill. Differ. Juris cap. 12.

L. CCXXVII.

*IDEM lib. II. Manualium.] Merill. Differ. Juris cap. 25. **

Eum, quem &c.] Florent. tum, quem &c.

L. CCXXVIII.

IDEM lib. sing. de Cognitionibus.] Junge l. 29. de tuerib. &c; curat. dat. Egit de muneribus publicis. Add. Jac. Gothofred. ad l. 2. Cod. Theod. de Decurionib. [Tom. IV. p. 362.]

L. CCXXIX.

Transacta suntaye &c.] Vid. l. seq.

L. CCXXX.

Ut fuit iudicio terminata &c.] Vid. l. praec.

L. CCXXXI.

IDEM lib. sing. ad SCtum Tertullianum.] Junge l. 5. ad SCtum Tertullian.

*Quod dicimus, eum, qui nasci speratus, pro superflite esse, &c.] Et matri obstat. ***

L. CCXXXII.

* Ubi in rationem inquirit, quare nullum *ex libro tertio Manualium Pauli Fragmentum in Pandectis exstet*: sed de ipsa l. 227. agit *praeced. cap. 24.*

** Quo minus scil. ad successionem ab intestato v. gr. filii defuncti, qui *prægnantem uxorem* reliquit, admittatur. Conf.

l. 5.

L. CCXXXII.

GAJUS lib. I. de Verborum Obligationibus.] Jun-
ge l. 70. de fidejussorib.

Et aestimationis] Id quod interest, intelligit Cu-
jacius, optimo sensu.

L. CCXXXIII.

Si calvitur] Vid. Non. Marcell. *h. v.* p. 6.
Plaut. *in Casin. Act. II. Scen. 2.* *vñ. 4,*

Sopor manus calvitur.

Et moretur] Al. *id est* moretur, vel *est* moretur.
Vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. cap. 39.* *voc. Ca-*
lumniatores. *p. 265.* *

Inde & Calumniatores appellari sunt, quia per frau-
dem &c.] Ita calumniari apud Ciceronem Orat.
Post redit. in Senat. Cap. XI. ubi vid. Hotomann.

S. I.

Post Calendas Januarias die tertio pro salute Prin-
cipis vota suscipiuntur. **] Inde dies votorum. Vid.
Ca-

I. 5. all. & §. 3. Inst. de SCto Tertullian. Additur: *aliis*
autem non prodest, nisi natus. Ergo non prodest matri *ad*
jus trium vel quatuor liberorum consequendum. Conf. §. 2.
Instit. eod. unde hanc Legem explicandam dixit Schulting. *in*
Enarr. Tit. Pand. de statu homin. §. I.

* Add. Schulting. *in Enart. Tit. Pand. de in Jus voc.*
§. I. & sic quoque Wieling. *Leff. Jur. Civ. cap. 10.*

** Quem morem etiam sub Principibus Christianis perseve-
rasse, ex I. 1. *Cod. de oblat. votor.* observat Pothier. *in*
not. ad b. I.

Casaubon. *ad Spartan.* in *Hadrian.* cap. 24. *Vota,*
Capitolin. in *Pertinac.* cap. 6. Per Consules facta.
 Lamprid. in *Heliogab.* cap. 15. De votis autem hic
 mentio, tanquam *caussa vadimonii deferendi.** Jac.
 Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* Tab. 2. *in proba-*
tionib.

Post Calendas Januarias die tertio] Dion. Gotho-
 fred. *in not.:* Haec tria sunt eadem, tertio Nonas,
ante diem tertium Nonas, post Kalendas Januarias
die tertio. Eodem modo Leonin. *Emend.* V. 3.
*quod non probbo.***

§. 2.

Telum] Cujus meminere XII. *Tabb.* in *Lege de*
fure diurno. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.*
Tab. 2. in probationib.

L. CCXXXIV.

IDEM lib. II. *ad Legem XII. Tabularum.] Il-*
lam, ut videtur, adversus hostem aeterna auctori-
tas esto.

Quos nos hostes appellamus,] Verbo miti. † Cicer.
de

* Dubito; certe non existimandum cum Jac. Gothofred.,
 jam in ipsis Legibus XII. *Tabb.* de *vadimonio*, ejusque deferen-
 di caussis legitimis fuisse actum. Vid. Clar. B. Voorda, *Dis-*
de Vadimonio, cap. II. §. 1. & 3. in *Jurispr. antiq. Clar.*
Fellenb. Tom. II.

** Vid. hac de re Corrad. *Quæstur.* p. 17. & seqq.

† Antiquis enim *hostis* erat peregrinus. Vid. Cicer. loc.
 cit. Add. Varro, *de Ling. Latin.* lib. IV. in pr. Qua-
prisca

de offic. I. 12. ubi vid. Comm. Sic Lacedaemoniis
ξενος, teste Herodoto. *

*Eos Veteres perduelles appellabant.] Ita damnati
perduellionis dicti hostes. Tertullian. Apologet.
cap. 35. ubi Herald. ***

§. 1.

*Locuples † est &c.] Jac. Gothofred. ad LL.
XII. Tabb. Tab. III. in probationib.*

§. 2.

*Verbum vivere &c.] In LL. XII. Tabb. Tab. III.
suo vivito.*

Offilius

præcœ significatioñ homen hostis etiamnum occurrere videtur
apud Plaut. in Rudent. Act. II. Scen. 4. vſ. 21.

A M. *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis host
commodat?*

S C. *Cur tu operam gravare mibi, quam civis civi commodat?*
& in Trinuum. Act. I. Scen. 2. vſ. 65.

Hoste[n] an cives comedis; parvi pendere.

* Lib. IX. cap. 11. Qui locus Hérodoti tamen minus
ad hanc rem pertinet, quippe hoc unum monentis, ξενος
Lacedaemoniis dici eos, qui sunt βαρβαροι, non item addens
tis, ξενος ab iis vocari eos, qui sunt ιδεμποι.

** Add. Briffon. de Formul. Pop. Rom. II. 162. seq. &
Byukersh. Obs. V. 22. p. 120. in fin. & seq.

† Cajum assiduus scripsisse, putat Nic. Catharin. Obs. II. 6.
in Thes. Meermian. Tom. VI. p. 779.

H

Offilius ad Atticum] *Ad Appium*, Scip; Gentil.
de Aliment. cap. 2. [Oper. Tom. III. p. 349.] *Pro
vulg.* vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. cap. 42.*

Et stramenta] Sed vid. l. 45. h. t. Verum in
 XII. Tabb. sub verbo *victus* potuerunt & *stramente*
 contineri, licet non item in *Editio*.

L. CCXXXV.

IDEM lib. III. ad Legem XII. Tabularum.] Jac.
 Gothofred. *ad LL. XII. Tabb. Tab. VI. in proba-
tionib.* refert ad *usucaptionem rerum mobilium*.

§. 4.

Fabros tignarios] *Flor. ignarios.* Jac. Gotho-
 fred. *ad LL. XII. Tabb. Tab. VI. in probationib.*
 refert ad *tignum junctum*.

L. CCXXXVI.

IDEM lib. IV. ad Legem XII. Tabularum.] *Illam*
*in Tab. VII. quive malum cämen incantaffit, ma-
lamve venenum faxit, duitre.* Jac. Gothofred. *ad
LL. XII. Tabb. Tab. VII. in probationib.**

Qui venenum &c.] Juxta quosdam id tantum,
 quod mortiferum est, Quintilian. *Declam.* 14. cui
 recte contradicitur. *Veneni appellatio media est.*
 Dion. Gothofred. *in not.* (De cuiusmodi verbis
 me-

* Hanc legem explicuit H. G. van Vryhof. *in Thes. Diff.*
Jurid. Belgic. G. Oelrichs. Vol. I. Tom. III. p. 205. seqq.

ad tit. Digi de Parborum Significatione. tis

mediis vid. Eundem ad l. 1. 1. 3. *de ferro corrupt.*) Vid. & Quintilian, *Déclam.* 246; & apud Eundem *Declam.* 350. quaeritur, an comprehendatur sub *eaqua frigida*, qua quis periret.

[*Adficere debet, utrum malum, aut bonum.*] Alioquin volunt, *caussa cadi.* Cyriac, *Controv.* 485. num. 4. seqq. sed id in quayis lingua non procedit.

[*Unde adjectio alterius nominis distinctio fit.*] Flor. nomine; male. *Nominis* & Rob. Steph. & sic bene Jac. Gothofred. *ad LL. XII. Tabb. loc. cit.*

*Admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus, * &c.]*

Sic & Apollon. Rhodius, *Argon.* III. v/s 801; & seq.

"H, η φυσικὸς μεταξίας, η ἡν τολμὴ^{τολμη}
Φύσικὰ δ, τὰ μὲν θελα, τὰ δὲ ριστρὶ διατελο.

[*Dixit & abiit allatum arculam, in qua multa Venena erat, partim bona, partim noxia posita erant;*
edit. Jo. Shaw.] Quod; & alia habet quoque Scip. Gentil. *Parerg.* II. 14. [in Thes. Otton. Tom. IV, p. 1331. seq.]

S. 14

Glandis appellatione &c.] In *LL. XII. Tabb. Tab. VIII. de glande legenda.* Ad quam vid. Jac. Gothofred. *in probationib.*

Apud

* De autoritate Homeri apud Ictos dissertatio est Sam. Fermati in *Suppl. Thes. Meerman.* p. 537. seqq. Add. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 3. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1319; seq. & Eckhard. in *Hermen. Jur.* I. 3. §. 106.

H 2

Apud quos omnes arborum species] i. e. fructus.*
Vid. ad l. 26. §. 1. Cod. de usuris. ** Nihil est mutandum.

*Auxēdēs, id est, † extremitates arborum.] Immo
fructus. Vid. Menag. Amoenit. Jur. Civ. cap. 33.
h. v. p. 198. seq.*

L. CCXXXVII.

IDEM lib. V. ad Legem XII. Tabularum.] Illam
in Tab. X. Rogum bustumve &c. si dominus nolet,
ne adjicito. Jac. Gothofred. ad LL. XII. Tabb.
Tab. X. in probationib. Aliter Dion. Gothofred.
in not.

L. CCXXXVIII.

* *Exemplo Graeci sermonis, apud quos &c. Loquendi
ratio, Veteribus JCtis familiaris. Vid. J. B. Koehler. Interpr.
& Emend. Jur. Rom. I. 4. p. 24. Add. Clar. Jac. Voorda,
Interpr. & Emend. III. 9. & Marckart. Interpr. rec. leß.
II. 6. p. 207. seq.*

** *Ad cuius legis verba, in trajectitiis autem contrariis,
vel specierum foenori dationibus, sequentia notavit Schultingius:
Per SPECIES intelligit Imp. res fungibles praeter
pecuniam. l. 16. l. 17. Cod. eod. Bachov. ad Treutl. Vol. II.
P. I. Disp. 3. Thes. 4. lit. f. p. 131. Nov. 32. cap. 1. &
quidem FRUGES, Graeci ομηροι. Ita vocem species usur-
pat D. Hieron. in Ezechiel. VI. 18. Locum habet quoque
Jac. Gothofred. ad l. 1. Cod. Theod. eod. Vid. omnino
Fabrot. ad Cujac. in Paratitl. ad eund. Tit. Cod. Amm.
Marcellin. XXIII. 2. Ergo nihil mutandum in l. 236. in
fus. de verbis. signific.*

† *Haec interpretatio a Cod. Florent. absit.*

L. CCXXXVIII.

IDEM lib. VI. ad Lég. XII. Tabularum.] Jac. Gothofred. ad LL. XII. Tabb. Tab. XI. in probationib. accipit de Lege, nuptias Patriciorum cum plebe vetante.

§. 1.

Detestatum &c.] Jac. Gothofred. ad LL. XII. Tabb. Tab. XI. in probationib. refert ad sacrorum detestationem. Quod Cujacius h. ait, esse testationem alteri factam, ut sacra susciperet.

§. 2.

Pignus appellatum a pugno:] A pago vel pigo Scaliger. Scaliger. I. p. 85. Add. Menag. Amoenit. Jur. Civ. cap. 39. h. v. p. 323. Pignoris notam fuisse manus compressionem, [putat Gravina, Origin. Jur. Civ. p. 439. [edit. Lips. 1708.]

*Unde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis constitui.] Vid. & Salmas. de Modo usur. cap. 12. p. 490. et si non semper recte. Interdum tamen res non traditur. Bachov. de Pignorib. I. 1. Pignus vero tale dicitur & pignus depositum. Vid. Paul. in Sent. II. 5. pr. * Jan. a Costa ad §. 7. Instit. de actionib.*

§. 3.

* Add. Schulting. ad Paul. Sent. II. 4. not. 2. Hinc deposito pignoris apud Isidor. Origin. V. 25. De quo loco Isidori vid. Clar. Herm. Cannegieter. Obs. Jur. Rom. p. 326. seq.

§. 3.

Noxiae} Basilic. vñus.*

L. CCXXXIX.

§. 2.

*Incola est &c.] Vid. Meyum ad Ius Lubec. L. 2.
pr. num. 53. seqq. ubi & de iis, qui officii causa
alicubi sunt; de quibus & Art. 2. d. tit.*

*Habent; id est, ** fuxta habitantem.] Non bene.
Qui alicujus oppidi &c.] Rob. Steph. qui in
alicujus oppidi &c.*

§. 3.

*Imperio magistratus extraordinarum] Rob. Steph.
extra ordinem.*

§. 5.

*Decuriones quidam dictos aijunt ex ea, quod &c.]
Aliter Otto de Edib. Colan. & Municip. Cap. V.
pr. & in Praefat. Tom. II. Thes. Jur. p. XL. †*

Decima

* De noxie & noxiae discrimine vid. Clar. Oudendorp. ad
Sueton. in Caesari. cap. 81.

** Florentiae haec interpretatio abest.

† Ubi refutavit G. Fornerium, Select. I. 12. qui Pompor
pium sequitur.

Decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita sit.] Cicero tamen Orat. II. de Lege agrar. cap. 35. ex colonis 5000. tantum centum Decuriones numerat.

§. 7.

Oppidum ab ope dicitur,] Cicero apud Festum h. v. refert hoc ad ineptias Stoicorum. Cujac. Obs. XI. 37.

Quod ejus rei caussa moenia sint constituta.] Facit Juven. Sat. XV. v. 153. seqq.

§. 8.

Quod magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi jus habet.] Alter Menag. Amoenit. Jur. Civ. cap. 39. h. v. p. 380. seqq. Add. Salmas. ad Trebell. Poll. XXX. Tyrann. cap. 24.

§. 9.

Et ideo, qui jurat suum non esse &c.] Pone servum, qui noxam nocuit. Add. I. 21. §. 2. de noxal. action.

L. CCXLII.

Artemo autem magis adjectamento,] Rob. Stéph. additamentum.

§. 1.

Qualia moeniana & suggrunda] Rob. Steph. suggrundia.

H 4

§. 2.

§. 2.

*Plumbum, quod tegulis poneretur,] Rob. Steph.
pro tegulis: non opus,*

§. 3.

*Sed eam quoque multerem, quae virum non habuis-
set,] Viro vidua , Apulej. Metam. IV. p. 157.
edit. Elmenhorst. [Oudendorp. p. 310.] Pro virginē
eoelibe sumitur etiam. Vid. Clar. Graevium ad Cicer.
pro Coelio cap. 7. qui derivat a videre , id est, se-
parare, unde dividere. **

L. CCXLIII.

*Semper acceptum est , ut libertorum appellatione
&c.] Quibus forte legata alimenta.*

L. CCXLIV.

*At multæ provocatio est,] L. 2. quis & a quo
appell. t. 38. Cod. Theod. de appellationib. ubi Jac.
Gothofred. [Tom. IV. p. 269.]*

*Nec ante debetur , quam aut non est provocatum
&c.] Facit Tacit. Annal. XIII. 28. Itaque nec ei
de-*

* Labeoni adsentitur Scip. Gentilis , Origin. ad Pand. in
Thef. Otton. Tom. IV. p. 1365. Vid. & F. Adduens. Expli-
cat. I. 55. in Thef. Otton. Tom. II. p. 560. &c Menag.
Amoenit. Juris Civ. cap. 39. p. 395.

debetur, cujus fuere tempore commissi delicti fructus Jurisdictionis. Grivell. Decis. Dolan. Decis. 140. late.

Nisi cum Lege est constitutum, quantum dicat.] Conf. Matth. de Criminib. Lib. XLVII. Tit. 3. cap. 3. num. 6. Tribonianus haec adscribit Faber, de Errorib. Pragmatic. Dec. 97. err. 8. forte recte, et si in aliis ab eo non sine causa dissentiat Bachov, ad d. loc. Fabri.

L. CCXLV.

*Aut tabulae relegatae catenis,] Rob. Steph. religatae; recte. **

Non sunt aedium] Dion. Gothofred. in not. Imo sunt. I. 12. §. 13. de instr. vel instr. leg. Sed illic alio modo sunt affixae.

Non quo aedes perficiantur.] Et figurantur tantum, ne cadant.

S. 1.

Prothyrum] Sic & in I. 12. §. 23. de instr. vel instr. legat.

*Prothyrum, quod in aedibus interim** qui fieri solet, aedium est.] Salmas. ad Spartan. in Pescenn. Nigro cap. ult. Porphurum, id est iterum, quod in aedibus fieri solet, aedium est. Itera sunt moeniana.*

L. CCXLVI.

* Literae e & i saepe permuntantur. Vid. Gronov. de Pecun. Vet. I. 10. in fin.: etiam in Cod. Florent. Vid. Eckhard. Herm. Juris, I. 2. §. 80. Add. Chr. Henr. Trotz. de Mmor. propag. I. 6. p. 382.

** Florentiae iterum.

*Nam etiam qui sicut &c.] Rob. Steph. * Nam etiam &c. Haec iam sunt Pauli *, Labeonem nos tantis. Forte nam sumit pro atqui; sed tamen quid excidisse, est verisimile.*

Et qui mutum] Alii expungunt mutum, aut legunt mente captum. Vid. Goris. Additam. ad Sanc dium de Effusione, Cap. V. §. 13.

* In quoque Pothier in nos. ad h. l. quirens vide.

AN.

422

ANTONII SCHULTINGII

NOTAE AD TIT. DIG.

DE REGULIS JURIS.

De diversis regulis Juris antiqui.] Non tamet mutati.

Ex iis solis sapere, Doctoris pauperis, Jac. Gothofred. ad l. 1. h. t. p. 13.

Ab iis cavendum, cum saepe fallant, Cujac. ad Lib. XXVII. Quaeſt. Papinian. in explic. l. 4. de usur. in fin. Jac. Gothofred. d. loc. p. 13. & seq.* Stoici & suas habuere regulas.. Merill. Obs. I. 20.

L. I.

PAULUS lib. XVI. ad Plautium.] Perrenon, Animadv. l. 10. [in Theſ. Otton. Tom. I. p. 605. seq.]

Regula eſt &c.] Haec Plautii sunt. Per regulam igitur &c. Haec Pauli.

Quae rem] id eſt, Ius rei.

Quae eſt,] Quaequae eſt, legit Jac. Gothofredus, vel faltem explicat.

Quaeſt

* Add. Eckhard. Hermen. Juris. l. 5. §. 205.

*Quasi causae conjectio est:] De qua vid. Ascon. Pedian. ad Ciceron. in Verr. I. 9. Infinitae quaestio-
nis propositio., Mercer. Opinion. II. 16. [in Thes.
Otton. Tom. II.. p. 1604. in fin.]*

*Quae simul cum in aliquo vitiata est,] Et casus
aliquo modo a regula est diversus in circumstantiis.
Jac. Gothofred. h. Add. l. 202. h. t. ibique Jac.
Gothofred.*

Perdit officium suum.] Prodit, Freher. Parerg.
II. 13. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 922.] male;
nec bene explicat. add. Gronov. Obs. III. 20.*

L. II.

*ULPIANUS lib. I. ad Sabinum.] Junge l. 29.
qui test. fac. poss. l. 7. de bonor. possessionib. Facit
Livius, XXXIV. 3.*

*Officis] L. 175, h. t. Vid. Jac. Gothofred.**
h. & ad d. l. 175.*

*Civilibus] Quae & virilia † dicuntur. l. 2. §. 1.
ad SCium. Vellej. Columell. Praefat. Lib. XII.
Non*

* Emendationem Freheri probat Gruterus ad Liv. I. 13.
§. 5. Est horum verborum perpetua confusio. Oudend.
ad Sueton. in Tiber. cap. 54.

** Secundum quem hic non agitur de iis officiis, de quibus
in d. l. 175.

† Recte quidem, vid. l. 1. §. 5. de postuland. & l. 18.
Cod. de Procuratorib. Sed secundum Jac. Gothofred. hue
non pertinet l. 2. §. 1. alleg. ubi, ut putat, officium virile
non est officium civile, sed quod requirit constantiam animi
virilis. Nec aliter Clart. Noodt. ad Tit. Pand. ad SCium
Vellej. v. Ait Senatus &c.

Non autem semper haec *publica*;* sed in coetibus virorum peraguntur. Vid. Jac. Gothofred. h. add. l. 12. *de edend.* Officia civilia *domesticis* opposuit Celsus, *de Re Medic.* I. 2.

*Remotae sunt.] Arnob. Adv. Gentes, Lib. VII. p. 247. Immo quid feminarum genus, quas ab negotiis publicis conditio fragilitatis exceptit? Philo de Special. Legib. [edit. Thom. Mangey, Vol. II. p. 327.] Lamprid, *Heliogab.* cap. 4. 12. 18. Volebant has domos servare, Priceaus ad Epist. Pauli *ad Titum.* II. vs. 5. Sic & Graeci. Vid. Scholiast. Sophocl. *ad Oedip.* Tyrann. vs. 351. ***

Et ideo nec Judices esse possunt,] Selden. de Jur. Nat. & Gent. VII. 6.

Nec magistratum gerere,] Livius XXXIV. 7. Senec. de Consolat. ad Helviam matrem, Cap. XIV. Feminis honores non licet gerere.

Nec postulare,] Juven. Sat. II. vs. 51. seq.

*Num quid nos agimus cauffas, civilia jura
Novimus, aut ullo strepitu fora vestra movemus?*

Nec

* Officia *civilia* itaque & *publica* differunt. Nempe *publica* sunt, quae cum publica auctoritate exercentur: quorsum pertinent exempla in Lege, *judicem*, scil. pedaneum, *esso*, & *magistratum gerere*. *Civilia* vero sunt, quae, licet privata auctoritate expediantur, tamen transiguntur, vel in civitatis judiciorum conspectu: quorsum referenda exempla, *postulare pro alio*, id est, *Advocati munere fungi*, *pro alio intervenire*, in judiciis scil., *procuratores judiciales existere*: — Vel certe privatim in coetus alicujus virorum conspectu: quorsum pertinet, *feminam testem esse non posse in testamento*, &c. Quorum postremorum officiorum occasione Ulpianus propriæ *hanc regulam concinnavit*. Ita Jac. Gothofredus h.

** Add. Merill. Obs. V. 1.

Nec pro alio intervenire,] Ut Procuratrices & Cognitrices. * Jac. Gothofred, h. & ad l. 5. Cod. Theod. de Cognit. & Procurat. [Tom. I. p. 170.] De quo dubito ob sequentia.

Nec procuratores existere.] Sic defensor de foemina in l. 2. §. 5. ad SCtum Vellej. Casaubon. ad Trebell. Pollio. XXX. Tyrann. cap. 31. Aliter paulo Servius ad Virgil. Aeneid. XII, v. 159 Add. Festum voc. auditor. ibique Comm.

§. 1.

Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstineri.] Bynkersh. Obs. VI. 17. p. 223. *impuberet intelligit, qui plenissime pubetes non sunt, id est, annum aetatis XVII, nondum impleverunt.* **

L. III.

* Proprie Jac. Gothofred. intelligit operam quamdam iudicialem, cognitoriae & procuratoriae similem: uti v. gr. aliquem defendere. add. Brisson. de Verb. signific. voc. intervenire: quo sensu his verbis intellectis, nullam videtur sequentia difficultatem mouere. De Cognitoribus Titulus est apud Paul. ix. Sent. I. a.

** Mea quidem sententia, minus recte. Agit enim Ulpianus sic proprie de testimonii dictione in testamentis, vid. Jac. Gothofred, h. 2 qua arcentur quidem impuberes. vid. §. 6. Inst. de testam. ordinand. id est, minores XIV. annis; unde pro impubere pupillum dixit Ulpiani. in Fragm. Tit. XX. §. 7. non vero qui eam aetatem impleverunt. Proinde si impuberes hic intelligendi forent, qui nondum sunt plenae puberes, Ulpianus sub regula sua non comprehendisset exemplum, cuius occasione tamen regulam concipiavit. Ceterum licet dicat JCtus, *impuberes omnibus officiis civilibus absteneri debere, save tamen, inde concludas, ergo qui majores*

XIV. annis

L. III.

IDEM lib. III. ad Sabinum.] Junge l. 4. de adq,
vel omitt. hered. Jac. Gothofredus refert ad *servum
pupilli heredem institutum*, qui pupillus circa adi-
tionem, ac repudiationem nihil potest. *

Eius est non nolle, qui potest velle.] Facit Senec.
de Benefic. II. 18, *Si vis scire, an velim, effice, ut
possim nolle.* & ibid. VI. 21. *Sciam, inquit, solem
ac Lunam nobis velle prodeesse, si nolle posuerint.* &c.

L. IV.

IDEM lib. VI. ad Sabinum.] Junge l. 6. §. 4.
de adq. vel omitt. hered. Add. l. 74. §. 2. cod. Jac.
Gothofred. b.

L. V.

PAULUS lib. II. ad Sabinum.] Junge l. 9. de
adq. vel omitt. hered.

L. VI.

ULPIANUS lib. VII. ad Sabinum.] Junge l. 24.
de adq. vel omitt. hered. l. 2. *si quis omis. causs.
testam.* l. 8: *de mortis causs. donat.*

*Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit
heredem.*

XIV. omnis sunt, ad quaelibet *officia* *civilia* gerenda admis-
tuntur: tale enim argumentum a contrario, ut ajunt, neque
hic, neque *multis* aliis in locis in *Responsis Veterum* j*Cioman*
procedit.

* De *bujus Legis* *lectione* & *sententia* late agit Marckatt.
Probabil. recept. lection. Jur. Civ. Part. I. p. 27. *scam.*
Vid. & Hoffman. *Meliorum et Pend. Dis. XXXVI. §. 6.*

hereditatem.] Faber de Errorib. Pragmatic. Dec. 70.
err. 9., accipit de eo, qui hereditatem cedit: de quo
Ulpian. in Pragm. Tit. 19. [§. 12. & seqq.]
Quod mihi dubium.

L. VII.

POMPONIUS lib. III. ad Sabinum.] Agens de
adquirenda hereditate.

Ius nostrum non patitur &c.] Aliud saepe in
Statutis. Vid. Sande Decisi. IV. 8. 9.

*Earumque rerum naturaliter inter se pugna est
&c.*] Juxta mores Romanorum. Grotius de Jure
Bell. ac Pacis, II. 12. §. ult. Sic I. 9. §. 7. de
pecul. * Cicer. de Inventione, II. 21. *Unius enim
pecuniae plures dissimilibus de caassis heredes esse non
possunt, nec unquam factum est, ut ejusdem pecuniae
alius testamento, alias Leges heres esset.*

L. VIII.

IDEM lib. IV. ad Sabinum.] Junge I. 5. unde
cognati. Add. I. 2. eod.

L. IX.

ULPIANUS lib. XV. ad Sabinum.] Junge I. 14.
in fin. de Legat. I.

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.]
Late Cyriac. Controv. 153. **

L. X.

* Add. Schulting. Thesib. Controv. Dec. 55. §. 7. Late
Markart. Interpr. recept. Jur. Civ. lession. II. 24. p. 324.
seqq. Vid. & Clar. Jac. Voorda, ad L. Falsid. Cap. XI.
num. 3. p. 262. seq.

** Add. Averan. Interpret. Jur. IV. 17.

L. X.

PAULUS lib. III. ad Sabinum.] Junge l. 18. de
usufruct. add. l. 69. eod.

**Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum
sequi, quem sequuntur incommoda.]** Facit l. 13.
§. 1. *Commodati vel contr. Quinctilian. Declam. 361.*
An jacturam dedeo sentire, accessionem non dedeo?
& contra, Terent. *Hecyr. V. 3. in fin.*

**Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda
aequum est ferre.**

Dio Cass. Histor. Lib. XXXVIII. p. 72. — Mo-
dō utrumque ex eadem ratione & caussa oriatur.
Cyriac. Controv. 688. num. 49. seqq. & de contra-
rio, **Controv. 689. num. 120. seqq.**

Commoda--incommoda.] Ultraque in rebus hu-
manis occurunt. Themist. *Orat. XXII. p. 267.**
Et absurdum, in accusanda vel probanda re, alterius
tantum meminisse. **Cicer. de Legib. III. 10.**

L. XI.

POMPONIUS lib. V. ad Sabinum.] Junge l. 6.
l. 14. quib. mod. ususfr. vel usus amitt. Graeci in
Addend. Tom. I. *Basilie.*

**Id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium
transferri non potest.]** Facit Cicer. in Topic.
Cap. IV. *Quod enim semel testamento alicui datum
est, id ab eo invito, cui datum est, auferri non potest.*
&c. Add. Quinctilian. *Declam. XIII. 8. Profecto*
quid-

* Ubi senarium adfert Poëtae, pronuntiantis bonum & ma-
lum ex eadem radice nasci: de quo monuit noster Wyten-
bachius, *Animadv. in Plutarchum de Sera Num. vindicta.*
p. 48.

quidquid jure possidetur, injuria auferitur. &c.
 Dion. Chrysost. Rhodiaca p. 325. Καὶ τὸν ἀνθρώπον δίκαιον, τὸ πάντα ὅσα δικαιώς τὸν ἄλλον, ἂν τοι καθάπτει τόχη λαβῶν, ἢν τοι εἴς τινα χρέον, — βέβαιος ἔχει, καὶ μηδίνα ἀφαιρεῖται. *Communis igitur in omnibus praefinita est aequitas, qua omnia quae quis justè accepit, cujusque semel natus est possessionem, etiam in aliquod certum tempus, — firmiter retinet, atque a nemine auferri debent.*

L. XII.

PAULUS lib. III. ad Sabinum.] Junge l. 5. §. 15. de usu & habit. & add. l. 12. §. 2. eod. Jac. Gothofred. h.

Interpretantur] Interpretamur Al. & Basilic. et si passive etiam interpretantur accipi possit.*

L. XIII.

ULPIANUS lib. XIX. ad Sabinum.] De Legatis agens. Junge l. 4. quando dies Leg. vel fideic. ced. l. 20. ad SCtum Trebellian.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem a petitione removetur.] Casum pone ex l. 12. §. 2. de offic. testam.; vel quod ante diem, et si acceptet, tamen non transmittat,** Jac. Gothofred. h.: quod non placet; uti nec id, quod dein ponit.

L. XIV.

* Add. Marckart. Probab. recept. lession. Jur. Civ. Part. I. p. 79. & Duker. de Latinit. Vett. JCTor. p. 334.

** Veluti legatum mihi est in diem, nunc, licet in antecedentium testatus sim, me velle Legatum die existente acceptare, tamen non possum illud transmittere, si ante diem existentem,

L. XIV.

POMPONIUS lib. V. *ad Sabinum.*] Agens de Legatis.

In omnibus obligationibus,] Stipulationibus, Legatis, &c. l. 12. l. 14. de verbor. obligat.

Praesenti die debetur.] M. Senec. Controv. III. 5.

L. XV. .

PAULUS lib. IV. *ad Sabinum.*] Junge l. 72, de Legat. 3. Add. l. 71. 73. 74. eod.*

L. XVI.

ULPIANUS lib. XXI. *ad Sabinum.*] Junge l. 39. §. 2. de Legat. 1. Jac. Gothofred. h.

Ima-

moriar. Similiter, si legatum mihi est in diem, non possum illud alii legare, si dies me vivo non extiterit. Ratio in utroque casu secundum Jac. Gothofredum est, quoniam non *cepisse videor id, cuius dies, aut conditia non exsilit: a cuius vide- licet petitione per exceptionem removerer.* Sed minus recte, uti bene observavit Schultingius: Vera ratio enim est, quoniam dies Legati, in diem *incertum relikti*, non cedit ante diem existentem. Vid. l. 21. & 22. pr. quando dies Leg. vel Fideic. ced. Proinde ante diem existentem plane nulla est petatio; neque adeo etiam proprie usu venit exceptio. Vid. pr. Instit. de exceptionib.

* Pertinet itaque regula h. l. proprie ad *Legata*, eaque definitur, Legato suorum, veluti servorum, fundorum &c., etiam eos comprehendendi, quos testator *pignori vel hypothecas dedit*: quoniam *is, qui actionem habet &c.* Neque ~~obstat~~ obstat l. 204. eod. quae de commodo possessionis accipienda est. Vid. Jac. Gothofred. h. & ad d. l. 204.

Imaginaria venditio non est pretio accedente.] Vid. Pinel. ad l. 2. Cod. de rescind. vendit. P. I. C. 2. num. 28. & 29.

L. XVII.

IDEM lib. XXIII. ad Sabinum.] Junge l. 10. l. 12. quand. dies legat. vel fideic. ced.

Cum tempus in testamento adjicitur, &c.] Graeci in Addend. Tom. I. Basilic.

*Sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adjicitur.] Vid. Sande Decis. III. 16. 1, **

L. XVIII.

POMPONIUS lib. VI. ad Sabinum.] Junge l. 13. quando dies legat. vel fideic. ced.

Nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, &c.] Ratio est in l. 26. de stipulat. servor.

*Potestate domini] Vox domini non debet deleri, ** de servo enim agitur.*

PAULUS.

Si filius familias sub conditione stipulatus &c.] Huc translatum ex l. 78. de verbor. obligat.: male, cum hic regulae ex libris ad Sabinum referantur, & quidem de Legatis. Jac. Gothofred. h. Augustinus Emend.

** Add. Ant. Fabrum Conf. XV. 3. num. 13. seqq. Ubi differentiam aliquam observat inter ea, quae ex testamento, & ea, quae ex stipulatione in diem certum debentur.

*** Quod vult Hotomann. Obs. V. 2. in fin. Vid. Dion. Gothofred. in not. Neque pro domini legendum demum cum Ant. Fabro Conf. XV. 7. num ult. Vid. Jac. Gothofred. K.

Emend. III. 1. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1497.] docet, haec esse spuria.

L. XIX.

ULPIANUS lib. XXIV. ad Sabinum.] Junge l. 14. §. 2. quand. dies legat. vel fideic. ced. Jac. Gothofred. h.

§. 1.

Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.] Casum ex eadem l. 14. §. 2. ponit Jac. Gothofredus, quando pater Legatum, filio relictum, petit, quod potest, nisi aliud jusserit testator. *

L. XX.

POMPONIUS lib. VII. ad Sabinum.] Junge l. II. de manum. testam. l. 44. de fideic. libertat.

Quotiens dubia interpretatio libertatis est, &c.] Et dubium, an illa competit. Jac. Gothofred. h. Ergo nihil mutandum. ** Pone, servo libertatem in

* Jac. Gothofredus proprie casum ponit, quando heres Legatum, filiofamilias relictum, ipsi filio solvit, quod potest, si voluntas testatoris non refragetur, veluti si testator nominatim jusserit, ipsi filio solvi. Addit tamen Gothofredus, posse hujus §. speciem forte melius ponit in Tractatu de *adimendis Legatis*, de quibus etiam egit Ulpianus lib. XXIV. ad Sabinum. Vid. inscriptionem l. 3. de *adim. vel transfer. Legat.* Et haec videtur quoque esse sententia Pothierii, qui *banc Legem illustrat exemplo l. 34. §. 1. de auro arg. legat.*

** Notat P. Fabrum, qui pro *libertatis reponit voluntatis*. Vid. Dion. Gothofred. in not. Ceterum de *Favore libertatis*, I. 3 deque

in testamento datam esse, & postea in eodem testamento eundem alii legari. *

L. XXI.

ULPIANUS lib. XXVII. ad Sabinum.] Casum ponit Jac. Gothofredus ex l. 3. §. 15. in fin. de statu liber.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.] Non procedit in iis, quae strictae sunt interpretationis. l. 7. §. 3. de reb. eor., qui sub tut. vel cur. sunt &c. ** nec in correctoriis. Cyriac. Controv. 23. num. 22. seqq.

L. XXII.

IDEM lib. XXVIII. ad Sabinum.] Junge l. 7. pr. & §. 2. de oper. libertor. l. 33. de jurejurand.

§. I.

Generaliter probandum est, &c.] Egit hic Ulpianus de Contractibus, in specie de emtione venditione. Junge l. 45. de recept. qui arbitr. recep. maxime l. 7. de contrah. emt. & l. 17. de verbor. obligationib.

L. XXIII.

deque multis privilegiis illi in Jure datis (quorum caussam e Stoicorum Philosophia quidam repetunt. Vid. Merill. Obj. I. 15. & Eckhard. Hermen. Jur. I. 4. §. 141.) elegans Dissertatione est A. G. van Meurs, *Lugd. Batav. 1783.*

* Conf. l. 10. §. 1. de manum. testam.

** Neque in his, quae a Lege specialiter deferuntur. Scip. Gentil. de Jurisdic. III. 20. Oper. Tom. III. p. 287. Add. Jac. Gothofred. b.

L. XXIII.

IDEM lib. XXIX. ad Sabinum.] Agens de *ad-
miniculis Contractuum.* Jac. Gothofred. h. *Junge*
l. 10. 12. 14. de furtis. *l. 10. 12. commod. vel
contra.*

Contractus] Late, uti *l. 20. de Judiciis.* Add.
d'Avezan. *de Contractib. cap. 2.* [in Thes. Meerman.
Tom. IV. p. 7. seqq.] qui de *hac Lege agit*
cap. 26. & seqq. *

Venditum,] Jac. Gothofred. putat accipendum
de levissima culpa, ob *l. 14. pr.* & *§. 1. de furtis*,
quae ex *hoc libro* est. Sed *custodia* illic aliter potest
accipi. Idem huc adducit *l. 1. §. 1. de peric.* &
comm. rei vend. quae ex Ulpiani *librō XXVIII. ad
Sabinum* est, & sic *l. 36. de action. emt. l. 35.*
§. 4. de contrah. emt. l. 2. §. 1. de peric. & *comm.
rei vend. l. 3. eod.* quae sane magis clarae sunt.
Aliter tamen Ulpianus *l. 5. §. 2. commod. vel
contra.*

Pignori acceptum,] *De levissima culpa teneri cre-
ditorem*, velle Ulpianum, putat Jac. Gothofredus,
adducens praeter alia *l. 19. Cod. de pignorib.* & *hy-
pothec. l. 13. §. 1. de pignorat. act.* quae tamen
non potest hoc velle: & *l. 22. in fin. eod. l. 14.*
cod.

* In eodem Thes. Meerman. *Tom. III. p. 483.* & seqq.
exstant quoque *Recitationes ad h. l. Gulielmi Prousteau*,
Antecessoris Aurelianensis. Egerunt de hac Lege & alii, uti
P. Burgius, *Elector. Cap. XII.* in Thes. Otton. *Tom. I. p. 330.*
seqq. Reinoldi *Dissert. ad h. l. in Opusc. ejus p. 303. seqq.*
Marckart. *Probab. recept. lett. Jur. Civ. Part. I. p. 90.*
seqg. nū plures commemorem.

cod. l. 8. Cod. eod. nihil tale evincunt, & contra-
xium l. 18. D. eod. l. 5. §. 2. commod. vel contra,
quae est ipsius Ulpiani, & Modestinus in Collat.
Leg. Mosaic. & Roman. Tit. 10. §. 2. & non vi-
deo, auctores hic dissensisse, et si non eodem modo
semper loquantur.

Locatum,] In qua levissimam culpam praestandam
juxta Ulpianum, vult Jac. Gothofred., qui tamen,
hoc regulariter procedere, non probat.

Item datis datio,] In hac non ostendit Jac. Gotho-
fredus, voluisse quosdam praestandam culpam le-
vissimam: quod tamen opus fuerat, siquidem illa
in his quidem de omnibus praemissis accipienda
essent.

Tutelae,] Et in hac Veteres variasse, & Ulpia-
nun voluisse levissimam culpam praestandam esse,
non probat Jac. Gothofredus.

In his quidem & diligentiam,] Basilic. &c. &c. &
& iuris. Vulg. & Rob. Steph. quidam: quod
*non damnem, quidquid dicat Jac. Gothofredus.**

Legem

* Vulgatam lectionem sequuntur etiam Prousteau, loc. cit.
 sap. 23. Gilb. Regius, *Enantiofan. Jur. Civ. I. 19.* in
 Thes. Otton. Tom. II. p. 1489. item Reinold. dif.
Dif. §. 4. qui existimat, vitium ortum esse ex figlis Veterum.
 Sed Florentinam lectionem defendere conatur Marckart. loc.
 cit. p. 96. seq. qui verba illa *in his quidem & diligentiam*
 refert ad proxime praecedens *negotia gesta*, & sic quoque
 Pothier. in not. ad b. l. Evidem Schultingio aliisque, qui
 vulgatam tuentur, facile concedo, non posse Florentinam lec-
 tionem hac ratione defendi, quod in omnibus illis negotiis,
 quae Ulpianus antea memoraverat, *diligentia*, seu *culpa le-*
gissima praestanda sit, vel saltem Jcti hac in re variaverint.

Sum-

*Legem enim contractus dedit:] Inde haec pacta
dicuntur Leges & ipsos. Vid. Fabrot. ad Cujac.
Para-*

Summo jure Jac. Gothofredo, hoc statuenti, contradixerunt
Schultingius aliquie, uti Reinold. *dit. Diff. §. 11. & seqq.*
Attamen, ut verum fatcar, plura quoque *vulgatae letioni*
videntur obstat. Nam *imo*, quidem non tantum *Florentiae*
legitur *quidem*, sed conspirant quoque Graeci in Basilic.
et tērosis di. &c. 2dō. Si legamus *quidam*, nullam rationem
video, quare Ulpianus illa verba *in his &c.* eo loco posuerit:
quae tunc potius subjecere debuisset verbis *rerum communio*,
omissis, quae sequuntur, *& dolum & culpam recipit.* *3tio.* Non
videntur illa verba *in his &c.* commode referri posse ad omnia
exempla, quae praecedunt; quod tamen si *quidam* legamus,
necessè est: quoniam satis manifesto JCtus novam quasi perio-
dum incipit a verbo *item*, quae clauditur verbis *& dolum &*
culpam recipit; saltē post vocem *diligentiam* pone-
re (.) vel (:) & illa *& dolum & culpam recipit* referre ad sola
verba *societas & rerum communio*, hoc quo pacto satis com-
mode fieri possit, non intelligo, licet ita praeire videantur
Graeci in Basilic., verba haec vertentes *in societate &c.*
Sensus enim tunc erit, in *societate & rerum communione*
non *praestari diligentiam*, sed *tantum dolum & culpam*.
Sed si *diligentiam* intelligas eam, quam requirit cuiusque
contractus natura, quae nonnullorum opinio est, tunc etiam
in societate praestanda est diligentia. Vid. *I. 72. pro socio*
& §. ult. Inst. de societas. Si vero *diligentiam* hic su-
mas sensu excellentiori, pro ea scil., quae opposita est *culpae*
levissimae, quod lubens concedo, quare tunc, quae so, Ulpia-
nus de sola *societate & rerum communione* negavit, haec
negotia *diligentiam* recipere, cum idem quoque verum sit de
pluribus aliis negotiis, ante ab ipso memoratis, veluti *vendi-
tione, locatione, tutelis &c.* Immo, quare hoc JCtus ma-
gis

Paratitl. ad Tit. Cod. de pœnis int. ems. &c vend.
com-

gis negavit de *societate*, quam de *dotis datione*, cum utro-
 bique *eadem* diligentia *praestanda* sit; ea nempe, quam
 focius vel maritus in *propriis rebus* adhibere solet. Vid. d.
 L. 72. & d. §. ult. *Instit.* junct. l. 24. §. 5. *solut. matri-
 mon.* & l. 17. pr. de *Jure dot.* Denique 4^{to}. *vulgatae
 letctioni*, mea quidem sententia, graviter obstat, quod, si eam
 sequaris, doctrina Ulpiani, *contra morem Veterum I^Ctorum*,
 vaga admodum sit & indefinita, cum incertum maneat, ad
 quaenam igitur negotia *et quidam referendum* sit. Immō,
 nullus, quod sciam, in *Jure* locus est, ubi Veteres ita loquun-
 tur, *in quibusdam contractibus diligentiam*, seu *culpam te-
 levissimam praefarsi*. Sed si talis diligentia *praestanda* veniat,
 tunc illud ad unumquodque negotium diserte monent. Ratio
 unde mihi videtur repetenda, quod Veteres non, uti nos
 solemus, *tres classes contractuum* fecerant, sed *duas* tantum,
 nempe eorum, qui *dolum tantum*, & eorum, qui *dolum &
 culpam recipiunt*: ita Ulpianus *hic*, ita & in l. 5. §. 2.
commod. vel contra. An autem in *nonnullis* eorum *contrac-
 tum quoque diligentia* (sic enim loquebantur Veteres: *culpae
 levissimae nusquam mentio*, nisi in l. 44. pr. ad Leg. *Aquil.*)
praestanda sit, alia *quaestio* est, quam *separatim tractarunt*,
 & ad unumquodque negotium, in quo ea usum habere posset;
 eodem plane modo, uti illam *quaestionem*, an & in quibus
contractibus custodia est *praestanda*. Hinc, ni fallor, lucem
 quoque capit vexatissima illa l. 13. §. 1. de *pignorat.* ad.
 quae etiam Ulpiani est, & ubi ait: *venit autem in hac
 actione (pignoratitia scil.) & dolus & culpa, ut in commo-
 dato &c. Senius, me judice, non aliis est, nisi hic: pignus
 aequo ac commodatum pertinere ad eam contractuum classem,*
in quibus & dolus & culpa praestatur; proinde *pignus non
 magis, quam commodatum*, pertinere ad eam contractuum clas-
 sem, in quibus *dolus tantum* praestatur. Sed *an* in utroque

illo

composit. & Legibus, sive Juri praefare. Vid.
Cujac.

illo contractu, vel alterstro, *diligentia* quoque praestanda sit, alia est quaestio, de qua in Lege nihil monetur: licet, cum JCtus hic accurate doceat, quid in *pignore* praestandum veniat, vel non, ex ejus silentio de *diligentia*, merito colligi posfit, in *pignore* *diligentiam* non praestari: unde tamen nihil potest concludi ad *commodatum*: de quo, cum JCtus hunc contractum tantum *exempli gratia* adferat, non, nisi absurde, hic plus monuisset.

Vehementer itaque dubito, an *vulgatas* cedere debeat *lectio Florentina*, quae praeterea auctoritate Basilicorum confirmatur, quaeque si non commodiorem, saltem aequem *commodam* interpretationem admittit, si cum Marckarto verba illa, *in his quidem & diligentiam*, referamus ad proxime praecedens *negotia gesta*: quod ultra fiet, si Legem ita interpungamus: *Contractus quidam dolum malum duxit et taxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. Dolum tantum, depositum & precarium. Dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: Item dotis datio, tutelae, negotia gesta (in his quidem & diligentiam) societas & rerum communio & dolum & culpam recipit.* Sed, nonne paulo durius est, primum dicere, *in his quidem & diligentiam*, & deinceps *& dolum & culpam recipit?* Fateor, JCtum rectius locutum fuisse, si ita dixisset: *Item & dolum & culpam recipit dotis datio, tutelae &c.* Sed Ulpianum non semper tam accurate loqui, quin aliquando verborum ordinem turbet, aliis exemplis docuit Auctor *Obs. Jur. Ciu. Cap. VII. p. 40.* Forte JCtus, cum haec periodum inciperet, de illo additamento nihil cogitavit, sed, uti ante factiverat, sic quoque nunc voluit tantum alia adhuc exempla referre negotiorum, quae *& dolum & culpam recipiunt*. Scriptit igitur: *Item dotis datio, tutelae, negotia gesta, ad quod exemplum ubi pervenerat, paululum substitit, & sic in*

Cujac. in Comm. ad l. i. D. de pactis.

Con-

rapido monendum putavit, *in his quidem & diligentiam*, intellige *praestari placuit*, aut simile quid: nisi illud referre malis inter exempla turbatae constructionis, cujusmodi plura JCti Veteres, aliquando magis ad rem, quam ad verba, attentes, commiserunt. Vid. Franc. Rygerbos, *Obs. Jur. Rom. Cap. III.* — deinde perrexit scribere *societas &c.* Fateor tamen hanc superesse difficultatem, quod non satis appareat ratio, quare Ulpianus de *solis negotiis gestis* monuerit, *in iis & diligentiam praestari*, cum tamen & *alios memoraverit contractus*, *in quibus ea praestanda sit, mandatum puta & commodatum*. Sed, praeterquam quod similis, ut supra apparuit, difficultas moveri possit contra lectionem *vulgatam*, praeterea probe tenendum, Ulpianum in eo tantum esse, ut recenseat exempla contractuum, *in quibus & dolus & culpa praestatur*: cum itaque ad exemplum *negotiorum gestorum* quasi *in transitu* monuisset, *in his & diligentiam praestari*, forte non existimavit necesse, propterea *in iis*, quae ante jam scripsisset aliquid mutare; forte etiam ideo, quod de *commodato* paulo ante idem jam docuisset. vid. l. 10. & 12. *commod. vel contra. & mandatum existimaverit*; facile hac parte *sub negotiis gestis* comprehendi posse. Ceterum si cui neque haec interpretatio sufficiat, existimetque, verba illa *in his quidem & diligentiam* non esse ipsius Ulpiani, sed ab aliena manu profecta, *sive a Triboniano, sive*, dum forte margini adscripta essent, temore textui inserta, *is*, licet lubens agnoscam, tali crisi non facile utendum, *bic* tamen me non valde adversarium habebit: certe ad disputationem JCti nihil faciunt, qui non *in eo est*, ut doceat, an & *in quibus contractibus diligentia praestanda sit*, de qua non magis *bic* est sollicitus, quam de altera illa quæstione, quinam *contractus custodiām* recipient; sed ut doceat, quinam *contractus dolum malum duntaxat* recipiunt, quinam *dolum & culpam*. Cum tunc

Contractus dedit.] Rob. Steph. contractui.

L. XXIV.

PAULUS lib. V. ad Sabinum.] Junge l. 4. de action. emt. vend.

L. XXV.

*POMPONIUS lib. XI. ad Sabinum.] Junge l. 27. l. 29. de evictionib. Jac. Gothofredus casum ponit ex d. l. 29. §. 1. Speciem tamen, quam dat, ** nequa-*

tunc in seqq. addat, haec ita esse, nisi aliter convenerit: veluti si convenerit, ut in deposito quoque culpa praestetur; vel e contrario in mandato dolus tantum.

* Hoc quoque mavult Jac. Gothofred., sed non opus. Vid. Marckart. loc. cit. p. 99. seq. Ceterum paulo inferius in Lege dicitur: mortes, quaeque sine culpa accident. Sed Basilic. habent, η τὸς χωρὶς πατερός διάβατοι unde Graecos legisse morte., quae &c. conjicit Leunclav. Notat. II. cap. 137. in Thes. Otton. Tom. III. pag. 1532.

** Species, cui Jac. Gothofred. hanc Legem aptat, haec est. Emi a te rem aliquam, quae tibi praestita est ex obligatione naturali, & duplum a te stipulatus sum, si res ea mihi evincatur: Postea rem illam culpa vel sponte desii possidere, & sic ad veterem dominum, naturaliter obligatum, res reversa est: adversus hunc ejus rei nomine ago, sed Judicio succumbo: non possum ego hoc easu dupli nomine adv. te agere, aut saltem, si agam, tutus eris opposita dolis exceptio-ne. Sed 1mo. quidem ipsa species d. l. 29. §. 1. a Jac. Gothofredo non satis recte videtur proposita: nullus enim, quod sciam, casus est, quo res, ex obligatione naturali tradita; ita ut retinendi possit, non simul transiret in dominium acceptientis, adeoque, si amissa sit, non posset vindicari. Rec-tius

nēquaque probo. An non posset intelligi melius,
si ponatur casus ex l. 17. eod.?

*Plus cautionis in re est, quam in persona,] Grae-
ci in Addend. Tom. I. Basile.*

L. XXVI.

Casus igitur, mea sententia, illud in dīs. *Log. II possideret, re-
tinere potuerit &c. accipiturda re, praescriptionis a venditore
acquisita, quea olim quidem exceptionem, non vero reivindi-
cationem tribuebat: sicut nec Jure novo semper praescriptio
longissim temporis. Vid. l. 8. §. 1. Cod. de Praescript.
XXX. vel XL. anni. Deinde, non recte ex hac Lege exem-
plum petitur regulae nostrae. In illa enim Lege de casu agitur,
quo culpa ipsius emtoris res evicta est: quando cessat evictio-
nis praestatio. Vid. l. 56. §. 3. de evictionib. Proinde eo
casu nihil cautionis est in persona. Sed regula dicit, *PLU
S cautionis est in re, quam in persona; ergo ponit, aliquam
cautionem in persona esse.* Longe rectius igitur Schultingius
exemplum peti vult ex l. 17. eod, ubi casus est, quo quis
vendiderat & tradidicerat rem alienam, sed cuius dominium
postea erat nactus, veluti domino heres factus. Hoc casu si
venditor rem istam vindicet, potest emtor eligere, utrum rem
retinere malit opposita *doli exceptione*, an vero eam restituens
& adversus venditorem agere evictionis nomine. Prius autem
illud emtori merito conceditur, quoniam deo facit venditor,
petens rem a se venditam & traditam, & quoniam interest
emtoris, rem retinere, cum plus cautionis sit in re, quam
in persona, id est, quoniam commodius est emtori rem reti-
nere, quam eam restituere, & postea adv. venditorem evictionis
nomine agere. Ceterum, licet forte haec regula ad hanc
vel similem speciem proprie pertineat, non dubium tamen
quoniam ea etiam pluribus aliis casibus aptari possit. Vid. Pothier,
*in not. ad h. l.**

L. XXVI.

ULPIANUS lib. XXX. ad Sabinum.] Junge l. 14. l. 16. pro socio. l. 43. famil. ercisc.

Qui potest invitatis * alienare &c.] Ut socius suam partem. Jac. Gothofred. h.

L. XXVII.

POMPONIUS lib. XVI. ad Sabinum.] Agens de pactis dotalibus, & rei uxoriae actione. Junge l. 9. de pact. dotal. l. 8. de act. rer. amot. l. 11. 16. 18. solut matrim. **

Nec ex solemnī jure] id est, civili. Cujac. & Jac. Gothofred. h. †

Privatorum conventione quicquam immutandum est.] Conf. l. 12, §. 1. l. 5. de pact. dotal.

Quamvis obligationum caussae &c.] id est, quae sunt de contractuum natura externa, & praestationes, quae moris sunt & consuetudinis. Jac. Gothofred. h. qui & addit illa, de quibus l. 44. de oblig. & adion. Vinnius de Pactis, cap. 9. num. 5. intelligit adminicula. Strictius vero Clar. Noodt. de Pact. & transact. cap. 19., ut prior.

Nisi tunc, cum &c.] Clar. Noodt. dict. loc. nec s, cum &c.

Cum inchoatur actio] Quae alioquin non nasceretur,

* Hoffmann. Meletem. ad Pand. Diff. XXXII. §. 6. in fin. invitatis alienare, i. e. invitatis aliis alienare. Sed non necesse: praeterquam quod talis geminatio mihi semper suspeta visa est.

** Vid. Schulting. ad Paul. Sentent. I. 1. §. 6. not. 15. in fin.

† Add. Schulting. in Enarr. Tit. Pand. de Pactis §. 27.

retur, nisi addito tali pacto: & hoc de illis, quae
privati sunt arbitrii. *

L. XXVIII.

ULPIANUS lib. XXXVI. ad Sabinum.] Junge
l. 33. de Jure dot. ubi emendanda *inscriptio.* **

Divus Pius rescripsit, &c. c.] Haec non est regula
Juris vetetis; sed constitutio.

L. XXIX.

PAULUS lib. VIII. ad Sabinum.] Agens de tu-
telisi. Jaæ. Gothofredus ponit casum ex *l. 9. §. 5.*
de auditor. & consens. tut. & curat. †

L. XXX.

ULPIANUS lib. XXXVI. ad Sabinum.] Agens
de actionibus, quae soluto matrimonio obtinent.
Junge & *l. 33. de donat. int. vir. & uxor.*

Nuptias non concubitus,] Quintilian. Declam.
247. Nam sicut coitus atque congressus titra ius non
efficeret uxorem, ita uxor etiam circa haec manet. &c.
Alia mens Hebraeis. Seldens de Jure Nat. &
Gent. V. 4.

Sed.

* De postrema parte hujus Legis vide & Jan. a Costa, *Praefect. ad Illustr. quosd. Titul. Locaque select. Jur. Civ.* p. 317. ibique Clær. B. Voorda.

** Nemper pro Lib. VI. legendura Lib. XXXVI. uti ad
eam Legem notavimus Schulting. Vid. & Jac. Gothofred. b.

† Quomodo regula haec differat a regula Catoniâna, docet
Clær. Jac. Voorda, *Interpr. & Emend.* II. 22. Egerunt de
haec regula quoque Averan. *Interpr. Jur. IV. 22.* & Majanit,
Disput. XLIV. §. 2. & seqq.

Sed consensus facit.] *Pactio conjugalis*, Mornac.
ad l. 32. §. 13. de donat. int. vir. & uxori

L. XXXI.

IDE M lib. XLII. ad Sabinum.] Agens de stipulatione, furem non esse, &c. Junge l. 50. de pactis. l. 31. de evictionib. l. 174. de verbis signific. Quod enim impossibile est, neque pacto &c.] Sed id non impedit, quo minus promittatur, servum furrem &c. non esse. l. 31. de evictionib. Jac. Gothofred. h.

Aut factum,] Dion. Gothofred. in not. *Vulg. paciam.* Sic & Basilic. *

L. XXXII.

IDE M lib. XLIII. ad Sabinum.] De adquairendo dominio, vel possessione, agens. Junge l. 41. de pecc. l. 19. mand. vel contra. l. 29. de contrah. emt. l. 23. de adq. rer. domin.

Quod attinet ad Ius Civile, servi pro nullis habentur.] Cassiod. Variar. VI. 8. Quid enim prius facerent inter servos Iura publica, qui personam Legionis non habebant? Philostratus de vita Apollonii Tyanensis, VIII. 12. negat, servos habere nomen, ** id est, cognomen. Vid. l. 9. Cod. de liberali causs. Fest. v. pilae. Merilli Obs. V. 28.

Quod

* Verba haec & alibi confunduntur. Vid. Heinr. ad Ovid. Heroid. Epist. XX. v. 18. Add. Bynkersh. Obs. I. 7.

** Haec non satis accurate a Schultingio notata sunt. Non enim Philostratus negat, servos habere nomen; sed tantum dicit, eum, cuius neque nomen, neque parentes, neque ci-

*Quod ad Ius Naturale attinet omnes homines aequaliter sunt.] Philo de Specialibus Legibus, Lib. II. p. 616. [edit. Thom. Mangey, Vol. II. p. 322. Θηραποντες τύχη μὴ εἰλάθησιν πίγματα. Φύσις δὲ τῆς αὐτῆς μεταποντίας τοῖς δικτύαις. Famuli fortuna & conditione inferiores sunt heris, natura autem communis patres.] Chrysost. ad Ephes. Homil. XXII. [edit. Eton. 1612. Tom. III. p. 877. seqq. De Montfaucon. Tom. XI. p. 165. seqq.] Salvian. de Gubernat. Dei, III. p. 42. **

L. XXXIII.

POMPONIUS lib. XXII. ad Sabinum.] Junge l. 19. l. 22. de condit. indeb. l. 21. ad S. C. T. Trebell. l. 29. de usurp. & usucap. Egit hic de dominio & possessione.

L. XXXIV.

ULPIANUS lib. XLV. ad Sabinum.] Tractans de obligationibus & stipulationibus. Junge l. 42. pro socio. l. 4. de fidejusoribus.

Ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est,

vitas &c. indicari possint, facilius probati servum esse. Locum Philostrati descripsit Merilius loc. cit. Ceterum de nominibus servorum plura collegit J. A. Hultman. *Diatribae de Servis binominibus*. Lugd. Batav. 1750.

* Add. Christ. Coler. *Párrerg.* cap. 39. in Thef. Otton. Tom. I. p. 386. seq. & d'Arnaud. *Diff. de Iure Servorum*, Cap. IV. & seq. (Leovard. 1744.) ubi late docet etiam servos Juris Naturae participes esse, & naturaliter obligari & obligare.

est, frequentatur.] Eo tempore. Faber Cod. Lib. IV. Tit. 7. defin. 21. Exempla apud Cyriac. Controv. 523. num. 25. seqq. Immo inde & verbalius sumuntur, & omissa supplentur. Leonin. Conf. XXI. num. 10.

*Ad id; quod minimum est, ridigenda summa est.] Clar. Noodt. de Foen. & usur. III. 3. * Facit Sände, Decis. III. 5. 10. Debet autem hoc capi juxta naturam actus. Cyriac. Controv. 458. num. 16. seqq.*

L. XXXV.

I D E M lib. XLVIII. ad Sabinum.] Junge I. 1. de verbor. obligat. I. 8. de acceptilat. I. 2. de novat. Vid. Raévard. h.

Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est.] Cicer. de Invent. I. 42. Quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem potest ex locis infirmari. Facit Faber Cod. Lib. I. Tit. 10. defin. 1. not. 2.

L. XXXVI.

POMPONIUS lib. XXVII. ad Sabinum.] Junge I. 3. de hered. vel act. vend. Perrenon. Animadr. II. 24. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 655.] referit ad I. 8. §. 1. ad Leg. Aquil.

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.] Puta, exigere pecuniam, hereditati debitam, postquam

* Ubi docet, hoc non pertinere ad usuras in stipulationem deductas sine certo modo: quando nullae debentur, nisi Juro novo in casu Nov. 136. cap. 5.

quam eam vendideris : unde si illa perierit, venditori perit. Jac. Gothofred. h. De curiositate hac in parte supervacua, Rittershus. *Sacr. Lect.* II. 6.

L. XXXVII.

ULPIANUS lib. LI. ad Sabinum.] Agens de *Judiciis*. Junge l. 13. *de Jurisdic.* l. 59. *de Ju-*
dic. l. 1. *de in lit. jurand.* l. 55. *de re judic.*
Nemo, qui condemnare potest,] Dion. Gothofred. *in not. Condemnare non potest. Vulg.* Floren-
tina lectio recta est. *

L. XXXVIII.

POMPONIUS lib. XXIX. ad Sabinum.] Junge
l. 14. *de vi & vi armat.* l. 21. *quod vi aut clam.*
Add. l. 1. §. ult. l. 2. l. 3. pr. & §. ult. *de vi*
& vi armat. l. 15. §. 3. *quod vi aut clam.* Jac.
Gothofred. h.

L. XXXIX.

IDEM lib. XXXII. ad Sabinum.] Junge l. 33.
de adq. vel amitt. possess. Casum ponit Jac. Gothofredus in eo, qui rei venditae possessionem, in mora existente venditore, sibi nanciscitur; qui possessionem nanciscitur recte: de quo vide. **

L. XL.

* Vid. *de b. l. Clar. Noodt. de Jurisdic. & Imper.* I. 13.

** Ego quoque vereor, ut casus, quem finxit Gothofredus, admitti possit propter regulam Juris in l. 176. pr. b. t. Vid. & l. 33. alleg. & l. 5. eod. Egit de hac regula quoque Majans. *Disp.* 34. §. 29.

L. XL.

IDEM lib. XXXIV. ad Sabinum.] Junge l. 20. de aqua & aq. pluv. arc. & add. l. 19. eod. & causus erit facilis.

L. XLI.

ULPIANUS lib. XXVI. ad Edictum.] Junge l. 34. §. 6. & seq. de jurejurand. quo haec Lex proprie pertinet, quod vedit & Merill. Obs. II. 19. & Jac. Gothofred. & res non difficilis. Ceterum haec Lex, ut & Leges sequentes ex libris ad Edictum, melius inter l. 138. & l. 139. fuissent collocatae. Jac. Gothofred. h.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.] Nisi ratio sit diversitatis. Vid. Merend. Controv. Juris VII. 16.

§. I.

In re obscura &c.] Junge l. 26. de condic. in-
debit.

L. XLII.

GAJUS lib. IX. ad Edictum Provinciale.] Agens de periculo pluris petitionis, vel solutionis. Jac. Gothofred. h. Sed vide, an non possint haec accipi de jurejurando, de quo in ordine Edicti hoc loco Gajus videtur egisse, & quod heres &c. juste recu-fant. Facit l. II. §. 2. de act. rer. amot.

Qui in alterius locum succedunt &c.] Graeci in Addend. Tom. I. Baslic.

Haec ita de herede dicta sunt, &c.] Totam hanc clausulam ad finem usque Legis a Triboniano esse,

putat Faber de Errorib. Pragmatic. Dec. XXV.
error. 7. num. 3. ubi quaedam carpit.

L. XLIII.

ULPIANUS lib. XXVIII. ad Edictum.] Agens
de commodato, vel actionibus ex facto alieno.

Nisi Lex impedit.] A Triboniano haec esse, cen-
set Merill. Obs. IV. 9. quem merito Jac. Gotho-
fred. h. notat, sed non nominat.

§. I.

Quotiens concurrunt plures actiones &c.] Aliud
igitur in actionibus; nec debuere haec a prioribus
divelli. Jac. Gothofred. h.

L. XLIV.

IDEM lib. XXIX. ad Edictum.] Junge l. 7. &
l. 9. de tributor. action. ubi in fin. haec verba.

L. XLV.

IDEM lib. XXX. ad Edictum.] Junge l. 22.
l. 24. de pignor. act. l. 1. 5. 7. depositi.

Neque pignus,] Sed res esse potest pignoris loco.
l. 13. §. 8. de act. emt. vend. Add. Cyriac. Con-
trov. 524. num. 3.

Neque emitio,] Senec. de Benefic. VII. 4. Nemo
rem suam emit.

§. I.

Privatorum conventio Juri publico non derogat.] Pone casum ex l. 4. de pignorat. action. l. 1. §. 7.
& 10. depositi.

L. XLVI.

L. XLVI.

GAIUS lib. X. ad Edictum Provinciale.] Junge
l. 6. locat. conduct. l. 49. de furtis. Adde casum
ex l. 22. de pignerat. action. *

L. XLVII.

ULPIANUS lib. XXX. ad Edictum.] Junge
L. i. §. 14. depositi. Sic Jac. Gothofred., qui hoc
modo defendit inscriptionem; sed obstat §. i. La-
bittus in usu indic. Cap. II. §. 23. reponit lib. XXXI.:
bene.

Consilii non fraudulentis nulla obligatio est:] Cicero.
ad Attic. XVI. Quid debet, qui consilium dat,
praestare praeter fidem? Facit huc Ovid. Metam.
Lib. XIII. vs. 319.

*Non haec sententia tantum
Fida, sed & felix; cum sit satis esse fidelem.*

Curtius III. 8. *Neminem stolidum consilium capite
luere debere. Defuturos enim, qui suaderent, si suau-
fisse periculum esset.* Idem in *Judice*, Quinctil.
Declam. 300. & *Imperatore*, *Declam.* 348.

§. I.

Socii mei socius, meus socius non est.] Hic §. est
ex lib. XXXI. Ulpiani. ** Unde dubito, an vera sit
inscriptio Legis: nam non solent ea, quae ex diver-
sis libris sunt, simpliciter jungi. — Dion. Gothofred.

in

* Add. Jan. a Costa in not. ad §. 10. *Instit. de obligat.*
quae ex delia.

** Vid. l. 20. pro Socio.

in not. Non idem in amico amici mei. &c. Vid. & l. 2. Cod. Theod. de inoffic. testam ibique Jac. Gothofred. [Tom. I. p. 201.]

L. XLVIII,

PAULUS lib. XXXV. ad Edictum.] Junge l. 1.
l. 3. *de divorc. & repud.**

Quidquid in calore iracundiae &c.] Facit huc Senec. de Ira, II. 3. Illa est ira, quae rationem transilit, quae secum rapit. Ergo illa prima agitatio animi, quam species injuriae incusit, non magis ira est, quam ipsa injuriae species: sed ille sequens impetus, qui speciem injuriae non tantum accepit, sed approbarit. Ira est concitatio animi, ad ultionem voluntate & judicio pergentis. Add. Gail. Obs. II. cap. 106, num. 9. & seqq.

L. XLIX,

ULPIANUS lib. XXXV. ad Edictum.] Agens de tutoribus l. 1. 5. 7. *de adm. & peric. tutor.*

Alterius circumventio alii non praebet actionem.] Add. l. 3. quand. ex fact. tutor.

L. L.

PAULUS lib. XXXIX. ad Edictum.] Junge l. 9.
de noxal. action. Unde casus apertus.

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.] Sed, an non debeat rem indicare, Mev. ad Ius Lubec. IV. 8. 6.

L. LI.

Vid. praeter Cujacium & Jac. Gothofredum b., quoque Rad. Forner. Rerum Quotid. I. 8. in Thef. Otton. Tom. II. p. 135. seq.

L. LI.

GAIUS lib. XV. ad Edictum Provinciale.] Jungo l. 5. 7. *de bon. libert.* & pone, libertum Patrona quidem relinquere portionem debitam, sed eura oneare fideicommisso. Non obstat. l. 140. *de verb. signific.**

L. LII.

ULPIANUS lib. XLIV. ad Edictum.] Junge l. 10. l. 12. *de bon. libertor.* l. 1. l. 3. *si quid in fraud. patron.*

Non defendere videtur, non tantum qui latitat, sed & is, qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.] Et sic igitur hac ratione potest quid fieri in fraudem Patroni, uti fit in fraudem creditorum. l. 3. §. 1. *quae in fraud. creditor.*

L. LIII.

PÁULUS lib. XLII. ad Edictum.] Junge l. 4. l. 9. *de bon. libertor.* l. 5. *si quid in fraud. patron.*

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulta dati donatio est.] Ac poterunt a Patrono talia revocari, ** si ipse inde fraudetur.

L. LIV.

ULPIANUS lib. XLVI. ad Edictum.] Agens de

* Ad quam vide.

** Abione Paviana scit, de qua intelligendam esse hanc regulam, eamque a Paulo adhibitam, cum quaereretur, an huic actioni locus esset, nec ne, latius docuit Clar. Jsc. Voorda, *Iuspr. & Emond.* II. 1.

de bonorum possessione. Junge l. 2. unde legitimi.
l. 1. unde cognati. l. 2. de gradib. Facit l. 3.
§. 7. de honor. possess. l. 4. Cod. qui admitt. ad
honor. possess. &c. Jac. Gothofred. h.

*Nemo plus iugis ad alium transferre potest, quam ipse haberet.**] Lactant. Divin. Instit. I. 15. circa fin. Quis enim tam demens, qui consensu & placito innumerabilium stultorum aperiri coelum mortuis arbitretur; aut aliquem, quod ipse non habeat, dare alteri posse? Concil. Carthag. Can. 33. Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

L. LV.

GAJUS lib. II. de Testamentis ad Edictum Urbicu[m].] Junge l. 14. 16. 18. si quis omis. causs. Testam. & casum pone ex l. 1. §. 5. l. 5. l. 6. pr. & §§. seqq. l. 17. 19. 22. eod. Jac. Gothofred. h.

L. LVI.

IDEM lib. III. de Legatis ad Edictum Urbicum.] Ad haec igitur pertinet regula in specie, ut in casu l. 10. §. 1. de reb. dubiis. Fingi potest & species in commorientibus. Vid. Jac. Gothofred. h.

Semper in dubiis benigniora praferenda sunt.] Gregor. Nazianz. Orat. 39. p. 636. [edit. Colon. 1690.] Εἰ δὲ μεφεολογία πεπάτη τὸ φιλάθεωπον. Καὶ οὐδὲ res dubia est, vincat humanitas & facilitas. Faicit Capitolin. in Anton. Pio, Cap. III. in fin.

L. LVII.

IDEM lib. XVIII. ad Edictum Urbicum.] Agens de

* Vulg. habet, & sic quoque Rob. Steph.

de Legatis. Casum ponunt in l. 79. *ad L. Falcid.*
Add. l. II. §. 5. eod.; vel in l. 34. §. 1. & seqq.
de Legat. 1. l. 66. *de Legat.* 2. §. 6. *Instit. de Legat.*

L. LVIII.

ULPIANUS lib. II. Disputationum.] Junge
l. 7. *de tutel.* l. 6. quod cum eo, qui in alien. po-
test. est. l. 32. l. 36. *de peculio.* **

*Ex penalibus caussis non solet in patrem de peculio
actio dari.*] Faber *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 78,
err. 4. sed minus recte. **

L. LIX.

IDEM lib. III. Disputationum.] Junge l. 21.
l. 29. *solut. matrimon.* l. 4. *de mag. convenient.*
l. 12. *de donationib.*

L. LX.

* Add. Clar. Noodt. in *Comm. ad Tit. Pand. de peculio*
§. *Daturus igitur actionem &c.*

** Hic scil. Legem ita intelligit: *non solet*, id est, *non solet*,
priusquam filius sit condemnatus, sed quidem, postquam filius
condemnatus fuerit. Sed praeterquam quod admodum frivola
videatur haec interpretatio, ea quoque nititur falsa hypothet.
Scil. verum quidem est, et si ex delicto conventus sit filius,
tamen post sententiam in patrem dari *actionem judicati.* l. 3.
§. 11. *de pecul.* Schulting. *Thef. Controv. Dec.* 55. §. 5.
Sed, uti bene monuit Pothier. in *not. ad h. l., actio illa ju-*
dicati non ex penalii caussa, sed ex quasi contractu oritur:
sicuti enim stipulatione cum filio contrahitur, ita quoqnd
judicio, ut ipse Ictus addit in d. l. 3. §. 11. Actio igitur
illa judicati nihil pertinet ad regulam nostram, quae dicit: ex
penalibus caussis non solet &c. Vide porro Jac. Gothofred.

L. LX.

IDEM lib. X. Disputationum.] Junge l. 1. de adm. rerum ad civit. pertin. Jac. Gothofredus cum ponit in syndico, qui alium, res civitatis gerentem, non prohibuit.

Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione.] Sic & in l. 1. §. 6. quod jussu. Obstat l. 9. de negot. gest. Jac. Gothofredus putat, regulam hanc procedere, cum negotia fuere ejus, qui ea rata habet, ab initio scil. *

L. LXI.

IDEM lib. III. Opinionum.] Junge l. 7. de offic. Praefid. l. 4. de munerib. & honorib. l. 2. de sperib. public. **

L. LXII.

JULIANUS lib. VI. Digestorum.] Agens de hereditatis petitione. †

Here-

* Aliter Jan. a Costa in not. ad. §. 1. Instit. de obligat. quasi ex contr. Vid. & Greg. Lopez. Animadv. Jur. Civ. cap. 31. in Thes. Ottom. Tom. III. p. 492. seq. & Huber. in Praelett. ad Tit. Pand. de negot. gest. §. ult. Ipse Schulting. in Enarr. Tit. Pand. de negot. gest. §. 5. regulam hanc accipit de casu, quo dominus jam ab initio adfuit, non autem rem probavit, sed vel deliberavit, vel etiam vere voluit, sed non potuit, verum postea ratam habuit. Pluribus hac de re egit Aug. Gerh. Besier. Diff. de ratibab- tione, Cap. III. §. 2. Lugd. Batav. 1778.

** Conf. Eckhard Hermen. Jur. I. 5. §. 188.

† Vid. Clar. Noodt. in Comm. ad Tit. Pand. de hereditatis petit. non longe ab init.

Hereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus &c.] Ergo & jus in nos omne confert.

L. LXIII.

IDEM lib. XVII. *Digestorum.] Agens de marito, de dote conuento.* Jac. Gothofred. h.

L. LXIV.

IDEM lib. XXIX. *Digestorum.] Junge l. 13. de liber. & post. hered. instit. l. 5. l. 37. de hered. instit. l. 26. de vulg. & pupill. substit.*

Ea quae raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.] Id est, non considerantur, non praevidentur facile. Jac. Gothofred. h. qui casum ponit in pluribus postumis natis simul.

L. LXV.

IDEM lib. LIV. *Digestorum.] Junge l. 17. de acceptilat. ad quam hanc Legem refert Jac. Gothofred.*

Ea est natura cavillationis &c.] L. 177. de verb. signific. Merill. Obs. I. 18.*

L. LXVI.

IDEM lib. LX. *Digestorum.] Junge l. 18. §. 2. de mort. causs. donat. Jac. Gothofred. h.*

Marcellus:] Scil. notat, quod & Vulg. habet. Definit &c.

L. LXVII.

* Ad quam vide.

L. LXVII.

IDEM lib. LXXXVII. Digestorum] Ex quo nulla alia Lex superest.

Quotiens idem sermo duas sententias exprimit:]
Adeoque ambiguus est.

L. LXVIII.

In omnibus causis id observatur, ut, ubi personae conditio locum facit beneficio &c.] Etsi rebus etiam detur, ut I. 87. §. 1, de Legat. 2. Add. Cyriac Controv. 687. passim, maxime num. 25. qui & de rebus Ecclesiasticis agit.

Beneficio] Ut, quod vocant, *competentiae*.

Ubi vero genus actionis id desiderat,] Verbi gratia doris, sive rei uxoriae.

L. LXIX.

Invito beneficium non datur.] Affignationis. I. I.
§. 7. de assign. libert. — Scil. quod a privato datus privato. Lactant. Divin. Instit. V. 20. Itaque nostra a nobis retinetur invitus. Quintilian. Declam. VII. 4. Omnia beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. &c. Interdum aliter. Novell. Leonis 102. Senec. de Benefic. II. 14. Sunt quaedam nocitura impetrantibus, quae non dare, sed negare, beneficium est. &c. Et ibid. cap. 18. Ali quando beneficium accipiendo est & invito. & V. 19. Non est dubium, quin beneficium sit etiam invito profuisse: sicut non dedit beneficium, qui invitus profuit. Calp. Flacc. Declam. XLI. Misericordiae vestrae maximum munus est, servare nolentem. *

L. LXX.

* Add. Averan. Interpr. Juris, II. 5. §. 6.

L. LXX.

ULPIANUS lib. II. * de officio Proconsulis.]
Junge l. 6. de offic. Procons.

L. LXXI.

IDEM lib. II. de officio Proconsulis.] Junge l. 9.
de offic. Procons. ubi emendanda *in scriptio.* **

L. LXXII.

JAVOLENUS lib. III. ex posterioribus Labeonis.]
Junge l. 10. de supell. legat. l. 28. de reb. dubiis.
l. 24. quib. mod. ususfr. vel usus amitt. & casum
pone in l. 11. §. 2. de pignorib. & hypoth.
Fructus rei est &c.] Idem l. ult. de usuris.

L. LXXIII.

Quo tutela redit, eo hereditas pervenit &c.] Fa-
cit Cajus in *Instit.* I. 7. §. 1. l. ult. Cod. de legit.
tutel. Alii, quo tutela redit, quo hereditas pervenit: †
male.

§. 1.

* Legendum lib. I. uti Florentiae, & in aliis quoque
editionibus Gothofredi.

** Neque pro lib. I. legendum lib. II. ut ad eam Legem
notavit Schulting. Vid. & Jac. Gothofred. b. In altero ap-
tem exemplari in 459 praeterea ad verba Legis per libellum
scripsit: *Rer. procuratorem tamen perfici possunt. Cujac.*
ad l. 13. §. 10. de excusationib. tut. & curat.

† Vel, quo hereditas redit, eo tussla pervenit. Vid. Jac.
Gothofred. b. & Osiel ad Caj. *Instit.* loc. citat, not. 5. Sed
nihil mutandum: licet enim frequentior sit argumentatio ab
he-

§. II. I.

[*Nemo potest tutorem dare cuiquam; nisi ei, quem
in suis heredibus, cum moritur, habuit &c.*] Quales & exhereditati tunc sunt. *

§. 3.

*Ut intelligi non possint.] Cum possint legi.
Perinde sunt, ac si scripta non essent.] Vid. L. 2.
de his, quae pro non script. hab.*

L. LXXIV. *Non debet alteri per alterum iniqua conditio in-
ferri.] Jac. Gorhofredus refert ad Jurisdictionis
prorogationem. De illa sane hoc libro egisse etiam
videtur.*

L. LXXV.

IDE M lib. III. *Quaestionum.] Ubi de restitu-
tibus in integrum & de Arbitris egit.*

*Nemo potest mutare consilium suum in alterius in-
jus*

hereditate ad tutelam, nonnunquam tamen Juris auctores quoque a tutela argumentantur ad hereditatem; sic Cajus in Inst. dist. loc. Is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipsa proximus est ad hereditatem. & Justin. in l. ult. Cod. alleg. Ne videantur ex eo, quod ad tutelas gravamen non veniunt, successionis emolumentum amittere. Ceterum de tutela legitima hanc regulam intelligendam esse, plus quam manifestum est.

Ergo iis quoque a parte iure testamento tutor dari potest. Add. Clar. Noodt in Comm. ad Tit. Pand. de testam. tutel.

§. Hoc loco est illa occurrit quaesito &c.

juriam:] Jac. Gothofredus casum ponit in *I. 30.*
de minorib. quae huic jungenda; ut & in *I. 8.* *de*
collation. vel in *I. 21.* §. 5. *de rec. qui arbitr. recep.*

L. LXXVI.

IDEM lib. XXIV. Quæstionum.] Jac. Gothofred. jungit *I. 18.* *de tutel.* &³ *ration.* *distrah.* *I. 2.*
de separation. quae tamen sunt ex lib. XXV. Sed
 vult, Papinianum & in hoc libro de *adquirenda hereditate* egisse.

In totum omnia, quae animi destinatione agenda
sunt &c.] Utī nuditio hereditatis.

L. LXXVII.

IDEM lib. XXVIII. Quæstionum.] Agens de *accep-*
tiatione, ut videtur, & ponens ea occasione regulam:
*Actus legitimi &c.] Leoniti. Emend. II. 17.**

Quid

* De hac Lège, deque actibus legitimis; eorumque natura
 & numero, item an & quomodo differant a Legis actionibus,
 multi multa scripsérunt. Vide, praeter Cöjacium ad
 Libros Papiniani Quæstionum in explos. b. I. aliosque a
 Schultinglo allatos, Maranum ad b. I. Opere p. 620. seqq.
 P. Fabrum Semper. II. ab. seqq. Meerman. Diff. de Rebus
 manc. & nec incepti. cap. 246. seqq. & quos plures allegat
 A. C. Stockman. in not. ad Bach. Hist. Jur. II. 2. Sct. 4.
 §. 3. p. 220. Merito autem Bynkersh. Obs. VII. 13. p. 350.
 plura, inquit; de Legis actionibus aliosque legitimis dicuntur;
 quam sciuntur. Jac. Gothofredus b. actus legitimos
 dicit esse solennia quæcumque hominum negotia; quae pu-
 blice, privati, solenni modo rituque, sive solennitate a
 Lege induita, celebrabantur atque putat utrum legitimis

L.

rum

Qui recipiunt diem vel conditionem,] Jac. Gothofre-

*rum appellationem latius patere, quam Legis actionum, immo
actus legitimos ambitu suo has complecti. Quod posterius
tamen an quidem satis probatum a Gothofredo sit, dubitat
Schultingius in Enarrat. Tit. Pand. de origin. Jur. §. 6. in
fin. licet ipse actus legitimos quoque definiat, solennia nego-
tia, quae publice privatimque solenni modo rituque celebra-
tur. Add. Idem ad Caji Insti. I. 5. not. 2.*

Ceterum longe alia de actibus legitimis est sententia
L. J. F. Hoepfneri, quam nuper prodidit *Dissertatione de
Legis actionibus actibusque legitimis*, lingua Germanica con-
scripta, quae adjecta est ejus *Commentario ueber die Hei-
neccischen Institutionen*, p. 902. seqq. Francf. 1790. qui
Legem hanc 77. eodem quidem modo interpretatur, ac Go-
thofredus, ita: *Actus legitimi*, illi scil., *qui non reci-
piunt diem vel conditionem*, id est, quorum natura diem
vel conditionem non recipit, *veluti mancipatio, acceptilatio
&c.* quemadmodum hoc de singulis illis negotiis probavit
Gothofredus, *in totum vitiantur per temporis vel conditio-
nis adiunctionem; sed appellatione actuum legitimorum nihil
aliud intellegit, nisi quod voces illae proprio significant,
actus Lege introductos, vel confirmatos, eodem modo, uti
dicitur *patra legitima, tutelam legitimam, &c.* Quae sen-
tentia certe admodum simplex est, multasque quaestiones inanes,
quae alioquin de actibus legitimis moveri solent, veluti de
corum numero &c., irritas facit; neque propterea ulteriore
disquisitione indigna mihi videtur. Hoc saltem certum est,
nisi alibi in Jure vocem *legitimus* eo sensu occurrere,
quem illi hic tribuerunt Cujacius & Schultingius, atque ad-
modum difficile esse, probare, *omnia illa negotia, quorum
hic Papinianus meminit, talia esse, qualia appellatione actuum
legitimorum*. Summi illi Viri intelligunt.*

fredus notat, in *Archeiypo* additum fuisse non. *
Ipse legit *rejiciunt*. Rob. Steph. *non recipiunt*.
Clar. Noodt. in *Comm.*, ad Tit. *Pand.* de *tutorib.* &
curat. dat. §. *Dixi*, qui habeant *jus dandi tutoris*:
&c. accipit de *casu*, quo haec *ex factō* sunt addita. **

Veluti mancipatio,] De qua Brummer. ad *L.*
Circiam cap. 13. †

Heres

* Et quidem haud ita recens, ut testis est Taurell. in *Annot.* Testatur quoque Breacman. in omnibus scriptis, quae
viderit, adesse *negationem*. Vid. *Corp. Jur. Gebaueri* &
Spangenbergii.

** Ita verba, qui recipiunt diem vel conditionem, inter-
pretatur quoque Cujac. *Obs. XV.* 16. id est, quibus aperte
adjicitur dies vel conditio, hoc modo lectionem Florentinam
qui recipiunt defendens. Vid. Dion. Gothofred. in *not. ubi*
notavit *Schultingius*, *Cujacium sequi Gravinam de Orig.*
Jur. Civ. II. p. 443. & seq. [edit. Lipf. 1708.] Sed hanc
interpretationem paulo duriorem esse, docuerunt Jdc. Gotho-
fred. b. & Meerman. *Diss. laud. cap.* 249. qui ipse legit
quia non recipiunt, *ibid. cap.* 250. aut potius verba illa;
qui recipiunt diem vel conditionem, tamquam supervacua;
expungenda existimat, *ibid. cap.* 251. *Quia non displiceret*
quoque Clar. H. Cannegieter. *Obs. Juris Rom.* IV. 7. p. 393.

† Add. *Institpp. ad Cajii Instit. I.* 6. §. 3. *Bynkershi Opusc. de Reb. manc.* & *nec manc. cap.* 1. Meerman. *laudi Diss. cap.* 258. & seqq. Cl. Scheltinga. *Diss. de Emancipationib. Cap. III.* in *Jurispr. antiqu.* Clar. Fellenb. *Tom. II.* p. 484. seqq. De *antestato* autem, cuius quoque in *mancipationis* ritu meminit Cajus dict. loc. omnino videndum est
Clar. Chr. Saxe, in *Observat. Antiquario-Philolog.* ad *vetus Chirographum Thesauri Muratoriani, mancipationis formulam* continens. Traject. ad Rhenum 1757.

Hereditatis aditio,] Alciatus *Parerg.* III. 4.

Nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quae aperte comprehensa vitium adferunt: &c.] L. 195. h. t. Hane regulam pertinere tantum ad diem vel conditionem ex arbitrio hominis apposita, non vero ad eam, quae ex Juris, seu Legis necessitate inest, docet Leonin. loc. cit. num. II.

L. LXXVIII.

IDE M lib. XXXI. *Quaestionum.*] Junge l. 9. *de statu homin.* l. 32. *de adoptionib.* l. 11. *de captiv.* & postlim. reverti.

Non quid habeat actor,] Jac. Gothofred. *habet.* Dion. Gothofred. *in not.* *Non quid non habeat.* Balduin. &c. Sic & Jauchius *de Negationib.* p. 287.

Sed quid per adversarium &c.] Quidquid, Jac. Gothofred., qui in *arrogato per fraudem casum ponit* ex l. 3. §. 6. *de minorib.* Facit l. 33. *de adoptionib.**

L. LXXIX.

IDE M lib. XXXII. *Quaestionum.*] Junge l. 61. *de ritu nupt.* l. 13. *de his, quae ut indign.* l. 74. *de condit.* & demonstr. Ergo pone, quid relictum in *fraudem Legis.* Jac. Gothofred. h.

In Jure Civili] Quando Lex fraudem punit & conumemorat.

L. LXXX.

* Conf. Majanf. *Disp.* XII. §. 19. *in fin.*

L. LXXX.

IDEM lib. XXXIII. *Quaeſtionum.*] Junge l. 14.
de his, quae ut indign.

In toto Jure generi per ſpeciem derogatur,] L. 41.
de poenis. Jac. Gothofred. h.

Et illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem di-
rectum eſt.] Et vincit Legem generalē, etſi poſtea
factam. Cyriac, Contrav. 554. num. 86.

L. LXXXI.

Quae dubitationis tollendae cauſſa &c.] Ex l. 56.
pr. mandat, vel contra.

L. LXXXII.

IDEM lib. IX. *Responſorum.*] Junge l. 42. *de*
oper. libert. & add. l. 47. eod. Jac. Gothofred. h.

Donati videtur, quod nullo jure cogente conceditur.] Idem l. 29. pr. de donationib. cuius in-
ſcriptio hinc emendanda. Jac. Gothofred. h.*

L. LXXXIII.

IDEM lib. II. *Definitionum,*] Junge l. 49. *de*
adq. vel amitt, poſſeſſion.

Non videntur rem amittere &c.] Peculium v. gr.
filius familiæ vel ſervus. Jac. Gothofred. h.

L. LXXXIV.

PAULUS lib. III. *Quaeſtionum.*] Junge l. 21.
de condit. indeb.

Cum

* Nempe pro Lib. XII. ibi legendum Lib. IX.

Cum amplius solutum est, quam debebatur, cuius pars non invenitur &c.] Facit l. 26. §. 4. de condit. indeb,

§. I.

Is natura debet &c.] Junge l. 60. de condit. indeb. Male Cujacius h. & d'Avezan. de Contractib. cap. 5. [in Thes. Meerman. Tom. IV. p. 14. seq.] putant, ex naturali Jure non esse obligationem: & illi sumunt tunc *Jus naturae* improprie,

Quem Jure gentium] Solo, non Civili. Confundit & haec Cicer. de Offic. III. 5. *Neque vero hoc solum natura, id est, Jure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus res publica continetur, eodem modo constitutum est &c.* ubi Comm. & Senec. de Benefic. III. 14. *Aequissima vox est, & Jus Gentium prae se ferens, reddere quod debes.*

Dare oportet.] Verbum, habens necessitatem, Gregor. Nyssen. Advers. Apollinar. p. 285.

L. LXXXV.

IDEM lib. VI. Questionum.] Junge l. 55. de donat. int. vir. & uxor. l. 45. solut. matrim. l. 18. l. 28. de act. rer. amot.

Melius est.] Ut in formula actionis rei uxoriae quantum aequius melius. *

§. I.

Non est novum &c.] Non est regula, sed vitium potius regulae l. 140. §. 2. de verbor. obligat. ubi &

* Vid. l. 82. in fin. de Solutione.

¶ Paulus docet, illam esse non semper veram. Ceterum Veteribus hanc rem controversam fuisse, censet Merill. Variant. ex Cujac. III. 8. Distinguentes vid. Cujac. ad Lib. VIII. Respons. Papin. in explic. l. 5. ad L. Falcid. & ad Lib. XII. Respons. Papin. in explic. l. 31. de donationib. Jac. Gothofred. h. Scip. Gentil. de Divid. & individ. obligat. cap. 13. [Oper. Tom. I. p. 142. in fin. & seq.] Vinn. in Comm. ad §. 14. Instit. de Legat.

Ut, quae semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt.] Facit l. 15. in fin. qui satisd. cog. Add. Cyriac. Controv. 277. Junge l. 31. de excusationib. ubi & casus.*

§. 2.

Quotiens aequitate desiderii &c.] Junge l. 31. in fin. de excusationib. unde casum formant Cujacius & Jac. Gothofredus h.

Aequitate] Basilic. & Rob. Steph. aequitatem bene.

Naturalis ratio] Id est, ratiocinatio.

Fustis decretis res temperanda est.] Etiam per magistratus. Add. l. 6. de Legat. praef. contr. tab. bonor. poss. petit. Principis decreto facilius, ut l. 84. de adq. vel omitt. hered. Add. Cujac. ad Lib. XVI. Quaest. Papin. in expl. d. l. 84.

L. LXXXVI.

ID E M lib. VII. *Quaestionum:]* Junge l. 30. de testam. milit. l. 12. de bonor. possess. sec. tab. Jac- Go-

* Add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 25.

Gothofredus refert eo, quod filius emancipatus *actionem injuriarum* non confert, *et se lis sit coepita*. Facit *l. 2. §. 4. de collation.*

Non solet deterior conditio fieri eorum &c.] Aliud *l. 51. §. 1. de heredit. petition.* — Ergo *injectio manus* &c. tunc bene fiunt. Peckius *de Arrest. cap. 4. num. 5.* ubi Leeuwen.

Qui item contestati sunt,] Et sic quasi contraxe-re. Facit *l. 29. de novationib.*

L. LXXXVII.

IDEM lib. XIII. *Quæstionum.*] Agens de *Creditorum privilegiis.* Junge *l. 71. de Jure dot.* *l. 44. de adm.* & *peric. tutor.* *l. 22. de tut.* & *ration. di-strah.* Junge & *l. 5. de separation.* & casum pone in *l. ult. eod.* cum Jac. Gothofred. h.

Prospiceretur] Rob. Steph. & Haloand. *prospici-* *citur.*

L. LXXXVIII.

SCAEVOLA lib. V. *Quæstionum.*] Junge *l. 127. de verborum. obligat.* ubi eadem verba, *

Nulla petitio] id est, non valida.

L. LXXXIX.

PAULUS lib. X. *Quæstionum.*] Junge *l. 30. de liberat.* *legat.* *l. 82. de Legat.* *2. l. 26. de usu & usufri. legat.* Jac. Gothofredus casum ponit in *Legatorum* petitione valida, nisi nemo sit heres ex testamento.

L. XC.

* Add. Altamiran. ad Lib. V. Quæst. Scaevol. in Thef. Meerman. Tom. II. p. 444. seqq.

L. XC,

In Jure] Id est, *Legum interpretatione*. Jac.
Gothofred. h.

Spectanda sit.] Est. Rob. Steph.

L. XCI,

IBEM lib. XVII. Quaeſtioneſum.] Junge l. ult.
de ſentent. paſſ. & reſtituſ.

Quotiens dupliči Jure &c.] Graeci in *Addend.*
Tom. I. *Baſilic.* Add. l. 1. §. ult. ſi a parent. quis
manumiff. ſit. & pone, ex *SCta Tertulliano*, vel
Orphitiano, bona deſerri ei, qui & antiquitus po-
tuit venire,

L. XCII,

SCAEVOLA lib. V. Reſpoſarum.] Junge l. 15.
de dol. mal. & met. except. l. 135. *de verbor. oblig.*
l. 62. *de fidejuſſorib.* l. 5. rat. rem hab.

*Si librarius in trānſcribendis ſtipulationiſ verbis er-
raſſet, &c.*] Vid. Cyriac. *Contrōv.* 408. *De teſta-
mentiſ, Conſtr. JČtor. Baſav.* I. III. 130. *De ſen-
tentiaſ, Mev. P. VII. Decif.* 304. diſtingue,

In trānſcribendis] Id est, *ređigendiſ in ſcriptu-
ram.*

Erraſſet] Pone, priori loco posterius collocan-
do &c.

Teneatur.] Flōr. *tenetur.* Jac. Gothofred.
Scriptum putat tenetur, id est, *teneretur.*

L. XCIII.

Filius familias neque retinere, neque recuperare, neque apisci possessionem rei pecuniaris videtur.]* Casum ex l. i. §. 1. de Legat. 3. ponit Jac. Gothor fredus.

L. XCIV.

ULPIANUS lib. II. Fideicommissorum.] Junge l. ii. de Legat. 3.

Non solent, quae abundant, vitiare scripturas.] Paulus in Sentent. III. 4. 10. Augustin. de Civitat. Dei IV. 27. *De supervacuis non magna caussa est: solet enim & a viris peritis dici, superflua non nocent.*

Quae abundant,] Supervacua.

L. XCV.

IDEM lib. VI. Fideicommissorum.] Junge l. 6. ut legat. vel fideicomm. servand. causs. caveat.

Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur.]

* Ita hic & alibi, veluti in l. 40. de donat. int. vir. & uxor. l. 3. §. 1. de adq. vel amitt. possess. l. 6. pr. de muneric. & honorib., etiam Florentiae scriptum legitur; sed Leonin. Emend. I. 15. num. 9. seq. pro *apisci* ubique scribendum putat *apisci*, ut ex literis maiusculis duplicatis, elemento p vicem duarum literarum sustinente, fiat *adapisci*. Sed non opus. *Apisci* dixerunt etiam optimi auctores Latini, uti Livius IV. 3. ubi vide Interpp. Add. J. G. C. Rucker. Diff. ad l. 6. §. 1. quemadm. servit. amitt. &c. in Thes. Dissert. Juridic. Belgic. G. Oelrichs. Vol. i. Tom. I. p. 304. in not.

*tur.] Qui itaque non patitur missione in bona.
l. 2. l. 7. quib. ex causs. in possess. eat.*

L. XCVI.

MAECIANUS lib. XII. *Fideicommissorum.*] Junge l. ult. si cui plus, quam per L. Falcid. lic. &c.
l. 12. ut in possess. legat. vel fideic. servand. causs. esse
lic.

*In ambiguis orationibus maxime sententia spectan-
da est ejus, qui eas protulisset.] Sic si ex ejus volun-
tate & potestate actus originem habeat, l. 83. §. 1.
de verbis. obligat, l. 172. §. 1. h. t. In specie in
Praetoriis stipulationibus spectanda mens Praetoris.
l. 9. de stipul. Praetor. Jac. Gothofred. h.*

L. XCVII.

HERMOGENIANUS lib. III. *Juris Epitoma-
rum.*] Junge l. ult. und. legitim. l. 21. de Jure
patronat. l. 2. de bon. possess. contr. tab.

*Ea sola deportationis sententia aufert, &c.] De-
portato, & praecipue liberis ejus. Cujac. & Jac.
Gothofred. h.*

L. XCVIII.

IDÈM lib. IV. *Juris Epitomarum.*] Junge l. 22.
de Legat. 3. l. 95. de condit. & demonstr. l. 40. ad
L. Falcid. l. 11. ut in poss. legat. vel fideic. servand.
causs. esse lic. Casum pone ex l. 1. Cod. de bono
auctorit. Judic. possid. Jac. Gothofred. h.

Quotiens utriusque] Al. in utriusque.

In lucrum] Rob. Steph. in lucro.

L. XCIX.

L. XCIX.

VENULEJUS lib. XII. stipulationum.] Junge l. 25. de *stipulat. servor.* Jac. Gothofredus accipit de herede, a creditoribus vel legatariis convento, nondum explorato rerum statu, an debuerit defunctus; an legata possint solvi.

Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat.] Ergo nec ad usuras tenebitur quasi ob moram.* Sande *Decis.* III. 14. 9. Fab. *Cod.* IV. 24. 10. Cyriac. *Controv.* 61. num. 13. seqq. Potest hic interdum & res expediri *cauzione*, de qua l. 5. de *flat. liber.*

L. C.

GAJUS lib. I. Regularum.] Junge l. 21. de adoption. **

Omnia, quae Jure contrahuntur,] Verbi gratia adoptione.

Contraria Jure pereunt.] Emancipatione, Jac. Gothofred. h.

L. CI.

PAULUS lib. sing. de Cognitionibus.] Junge l. 42. l. ult. de excusationib. l. ult. de tutor. Et curat. dat. l. ult. de Veteran. Add. l. 1. Cod. de temp. Et reperat. Jac. Gothofred. h.

Ubi Lex duorum mensium fecit mentionem,] Flor. wen-

* Seu in mora. Vid. Jac. Gothofred. h.

** Hacc desumpta ex Gaji lib. sing. Regularum.

mensum. * Sic & l. 2. Cod. Theod. de decurionib.
ubi Jac. Goth. [Tom. IV. p. 361.]

Et qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est:] Ex humanitate: nec omnes menses suae tantum XXX. dierum.

L. CII.

ULPIANUS lib. I. ad Edictum.] Quem Jac. Gothofredus putat hic exposuisse Edicti præfationem.

Qui vetante Praetore fecit, hic adversus Edictum fecisse proprie dicitur.] Facit l. 29. de Legib.

§. I.

Ejus est actionem denegare, qui possit & dare.] De qua danda generaliter quaedam edixisse Praetorem, vult Jac. Gothofredus.

L. CIII.

PAULUS lib. I. ad Edictum.] Junge l. 5. de damn. infect. & add. l. 4. §. 5. eod. Add. & junge l. 19. & 21. de in jus vocand.

L. CIV.

Si in duabus actionibus] Concurrentibus; sed ita, ut una alteram non tollat. Jac. Gothofred. h.

Alibi summa major, alibi infamia est,] id est, in una summa major; in altera infamia est. Jac. Go-

* Mensum passum antiquissimi Codd. praebent. Vid. Clar. Oudend. ad Suet. in August. cap. 65. p. 269. Add. Briffon. Parerg. §. 58. in ejus Oper. minor. p. 399.

Gothofredus casum ponit ex *I. 5. §. 1. ad L. Aquilli I. 45. pro socio. I. 14. §. 1. praescript. verb.*

Praeponenda est causa existimationis.] In ordine Judiciorum. Add. I. ult. Cod. de ord. Judicior.

L. CV.

*PAULUS lib. I. ad Edictum.] Junge I. 5. de damn. infect. I. 26. ad municip. Add. I. 4. §. 3. de damn. infect. **

L. CVI.

*IDE M lib. II. ad Edictum.] Jac. Gothofredus refert ad vindicias juxta libertatem dandas; ** vel ad cautionem de rato, quod debet certum + contineere.*

Libertas inestimabilis res est.] Summum premium, Terent. Andr. Act. I. Sten. I. vs. 12. τὰ μίγητα τῶν ἀριστερῶν ἀγαθῶν, Dion. Halicarnass. IV. p. 226. Add. Quintilian. Declam. VI. [cap. 16.] In quacunque fortuna beata libertas. & Dion. Chrysost. Orat. XIV. Μήγετος τῶν ἀγαθῶν.

L. CVII.

GAJUS lib. I. ad Edictum Provinciale.] Junge I. 4. de Judic.

Cum

* Et Clar. Noodt. de Jurisd. & Imp. I. 2.

** Scil. favore libertatis, cum alioquin vindicias darentur secundum eum, qui Jure possidebat. Jac. Gothofred. b.

+ Certum, id est, certam pecunias summam, in casu, quo procurator pro eo, de cuius statu agitur, experitur: quod ideo, quia libertas inestimabilis res est, adeoque ne alioquin inutilis sit stipulatio, vel incerta. Vid. Jac. Gothofred. b.

Cum seruo nulla actio est.] Nec a Praetore peti potest, ut cum illo liceat agere.

L. CVIII.

PAULUS lib. IV. ad Edictum.] Junge l. II.
de in jus voc.

Aetati] Minoris.

L. CIX.

Nullum crimen patitur is, &c. ¶ Nonnullum
Jauch. de Negationib. p. 289. deleta negatione ad finem: * male.

Patitur] Id est, eo non afficitur invitus, sed id volens subit. Jac. Gothofred. ** qui casum ponit ex l. I. §. 6. de postuland. Quod nimis subtile: verba tamen sic commode se habent.

Cum

* Probat hanc emendationem Jauchii Leyser. Medit. ad Pand. Specim. 521. Medit. 4. & Specim. 534. Medit. 10. Sed vid. Marckart. Probab. recept. lett. Jur. Civ. Part. I. p. 36. seqq. licet hic vulgatam lectionem, cum prohibere non potest, retineat, canque cum multis Legi affingat sententiam: extra causam delicti esse, qui non prohibet, cum prohibere non potest: nec aliter Pothier.

** Qui hoc modo lectionem Florentinam, cum prohibere potest, defendit: secundum quem adeo sensus Legis hic est: aullo orimino, sive nulla iniuria, afficitur, qui non prohibetur, cum prohibere potest: adeoque non audiendus est, si illam iniuriam persecui velit. Vid. l. I. §. 5. de injuriis. Exemplum est in l. 91. de furtis. ex qua tanien appetet, hoc ipsum cum aliqua exceptione esse accipiendum.

*Cum prohibere non potest.] Abest non a Flori
Cod. **

L. CX.

IDEM lib. VI. ad Edictum.] Junge l. 6. de rei vind. l. 16. qui satisd. cog. l. 2. de eo, per quem fact. erit. &c. Jac. Gothofredus accipit de casu l. 4. in fin. si quis cau. in jud. sif. cauſ. fact. non obtemp. cum summa promissa est major ** in cauſatione judicio ſifti.

*In eo, quod plus ſit, ſemper ineſt & minus.] Quid ſi in quantitate diſcrepent testes. Vid. Maynafd.
Decis. IV. 60.*

§. 1.

*Nemo alienae rei expromiffor &c.] Non per ſi-
gulationem, ſed per litis confeſtationem. l. 11. §. 1.
de novationib. Jac. Gothofred. h. †*

§. 2.

* Sed Taurelius quoque negationem textui inſeruit. Vid. not. Breneman. in Corp. Juris Gebaueri & Spangenbergit.

** Major, id est, major quantitate ſtatuta. Vid. l. 4 alleg. Quae autem illa quantitas fuerit, in Lege non additur. Duplum putavit Cujacius Obs. X. 10. quem ſequuntur Noodt. in Comm. ad Tit. Pand. si quis cau. in jud. ſift. cauſ. fact. non obtemp. & Schulting. in Enarr. d. Tit. §. 2. Sed vid. Clar. Bav. Voorda Diff. de Vadimonio Cap. IV. §. 3. in Ju-
risprud. antiq. Clar. Fellenb. Tom. II. p. 48.

† Alienae rei expromiffrem nullum alium hic intelligendum eſſe, niſi defenſorem; adeoque Paulum hic plane idem tradere, quod docebat quoque Cajus in l. 46. §. 2. de Procuratorib. Nemo alienae litis idoneus defenſor ſine ſatisfacio-
ne intelligitur; docet Clar. Jac. Voorda, Interpr. & Emend. II. 8.

§. 2.

*Rupillus pati posse non intelligitur.] Junge l. 2.
de eo, per quem fact. erit, quo minus quis in judic.
sift. Ad quod Edictum haec verba refert. Jac. Go.
thofred. **

§. 3.

*Ubi verba conjuncta non sunt, &c.] Jac. Go.
thofred. putat in Edicto illo de eo, per quem fact.
erit &c. vis vel doli factam mentionem.*

§. 4.

*Cum defendantur] Sic & Basilic. ** Jac. Go.
thofred. refert ad Edictum de eo, per quem fact.
erit &c. Quod vix est.*

L. CXI.

* Sic quoque Reinold. Exercit. VII. in fin. Opusc.
p. 705. & in Orat. de Legum inscript. §. 5. in Jurisprud.
refit. Wieling. p. 187.

** Vid. Leuncl. Notat. II. cap. 139. in Thes. Otton. Tom.
III. p. 1533. Al. defraudantur, vel defrudentur, ut Gro.
tius in Flor. Sparson. ad h. l. & referunt ad SCtum Vel.
lejanum; quae etiam videtur esse sententia Pothierii. Nic.
Catharin. Obs. IV. 36. in Thes. Meerman. Tom. VI. p. 797.
quo defendantur: vel, mulieribus tunc facilius succurren.
dum est, ut defendantur, non cum calumniantur. Quid
si referamus ad l. 2. si ex noxal. causs. agat. verb. fin vero
falso neget in sua potestate esse, suscepturum judicium sine
noxae ditione; vel ad l. 12. de noxal. actionib. quae ultra.
que lex quoque ex Pauli lib. VI. ad Edictum defumta est:
& dicamus, pertinere hanc regulam ad quaestionem, utrum
mulier quoque teneatur judicium suscipere sine noxae dedi.
tione, si falso negaverit, servum in sua potestate esse, vel judi.
cium

L. CXI.

GAJUS lib. II. ad Edictum provinciale.] Jac. Gothofred. refert & hanc Legem ad Edictum *De eo, per quem factū erit &c.*

Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi & injuriae facienda.] L. 23. §. 2. de AEdil. Edict. Mornac. ad l. 37. de minorib. Fribrot. Exercitat. IX. * [in Thes. Otton. Tom. III. p. 1206. seqq.] Tertullian. Adv. Marcion. IV. 23. *Satis impudens antithesis, quum tamen diversa committit, parvulos & pueras, innocentem adhuc aetatem & judicij jam capacem, quae conviciari poterat, ne dicam blasphemare.*

L. CXII.

PAULUS lib. VIII. ad Edictum.] Agens de Procuratoribus. Cujac. & Jac. Gothofred. casum ponunt ex l. 42. §. 3. de Procuratorib. quod Fiduciarius recte post restitutionem hereditatis detur Procurator tanquam in *rem alienam*, cum actiones ejus sint inutiles.

Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat,
an

ciam illud suscipere teneatur, si servam dimiserit, ne agi secum ex noxali caussa posset; an vero mulieri hac quoque infest succurrendum. Ad quam quaestionem negando responderet Jctus, docens mulieribus quidem succurri, cum defendantur, id est, quando propter infirmitatem sexus sui defensione adversus alios indigent; non vero, ut facilius cculmientur, id est, non vero, ut aptior iis detur occasio in fraudem alterius aliquid moliendi.

* Ubi de delictis imponerum agit.

*an per exceptionem infirmetur.] Facit l. 37. Cod.
Theod. de appellationib. [Tom. IV. p. 267.]*

L. CXIII.

GAJUS lib. III. *ad Edictum provinciale.*] Jac. Gothofred. refert ad Edictum *Quod cujusque universitas nomine;* ut pars sit in toto, scil. *major;* vel ad casum l. 7. §. 2. eod.

*In toto & pars continetur.] Arnob. Adv. Gentes,
II. p. 77. In toto enim pars est, nontotum in parte: &
universitas debet attrahere portiones, non portionibus
universitas applicari.*

L. CXIV.

PAULUS lib. IX. *ad Edictum.*] Agens de *negotiis gestis,* & forte de *animo,* quo gestor gesserit.*

L. CXV.

IDEM lib. X. *ad Edictum.*] Add. & Junge l. 2.
de Calumniatorib. **

*Si quis obligatione liberatus sit, &c.] Vid. l. 11.
de acceptilat. Martial. Epigramm. IX. 9. Non
vero hoc spes incerta pertinet, de quali Quinétilian,
Declam. 275.*

§. 1.

*Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest
exceptione summoveri.] Vid. Clar. Noodt. ad Tit.
Pand.*

* Cohf. Clar. Noodt. in Comm. ad Tit. Pand. de negotiis in fin. & add. Averan. Interpr. Jur. IV. 9. & seq.

** Add. Schulting. in Enarr. Tit. Pand. de Calumniatorib,
§. 3.

M 2

Pand. de Calumniatorib. vs. Quid porro sit, pecuniam accepisse &c. in fin. Add. l. 13. h. t.

L. CXVI.

ULPIANUS lib. XI. ad Edictum.] Junge l. i.
3. 5. 7. 9. 12. *quod metus cauff.**

Nihil consensui tam contrarium est &c.] Senec. de Benefic. II. 18. *Cum eligendum dico cui debeas, vim maiorem & metum excipio: quibus adhibitis electio perit. &c.* Cicer. de Offic. I. 10. *Jam illis promissis standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit? & pro Caecin. Cap. XI.* *Nec juri quidquam tam inimicum, quam vis.*

Qui ac bonaे fidei &c.] Dele ac.

Quam vis atque metus.] Quae saepe homini mentem excutiunt.

S. I.

Non capitur, qui jus publicum sequitur.] Junge l. ii. §. 3. 4. 5. de minorib. Add. l. ult. Cod. de in int. refit. minor. **

L. CXVII.

PAULUS lib. XI. ad Edictum.] Junge l. 27.
de dolo malo.

L. CXVIII.

* Add. Clar. Noodt. de Forma emend. dol. mal. cap. tit.
& Schulting. in Enarr. Tit. Pand. *Quod met. cauff. num. 6.*

** Elegans exemplum etiam st in l. 51. §. 4. de fidejusforib. quam Legem attulit quoque Jac. Gothofred. b.

L. CXVIII.

ULPIANUS lib. XII. *ad Edictum.*] Junge l. 23.
ex quib. causs. major.

Nam cum possideatur, possidere non videtur.] Facit
l. 54. *in fin. de adq. rer. domin.*

L. CXIX.

IDEM lib. XIII. *ad Edictum.*] Junge l. 4. §. 1.
de alien. jud. mut. causs. fact.

L. CXX.

PAULUS lib. XII. *ad Edictum.*] Junge l. 30.
ex quib. causs. major. unde casum ponit Jac. Go.
thofredus.

L. CXXI.

PAULUS * lib. XIII. *ad Edictum.*] Explicans
Tit. de recept. qui arbitr. recep. & stipulationem si
adversus ea factum erit, sive quid ita factum non fue-
rit. ** Jac. Gothofred. h.

Videtur facere adversus ea, quia non facit.] Leon-
nin. Emend. I. 17. 9. *adversus ea, quae † non*
facit.

Et

* Florentiae IDEM.

** Vid. §. ult. *Instit. de verbor. obligat.* & l. 137. §. 7.
cod.

† *Quae & at edidit quoque Haloander; sed Florentinam*
lectionem sollicitandam non esse, recte monuit Jac. Gotho-
fredus. Adversus ea sunt ipsa verba stipulationis si adversus
ea &c. quae adeo non male literis majusculis edi curavit
Pothier,

M 3

*Et qui facit &c.] At qui facit &c. Leonin. ibid.
ubi de h. l.*

L. CXXII.

GAIUS lib. V. ad Edictum provinciale.] Jac.
Gothofredus refert ad tractatum de judiciis, & ca-
sum ponit in l. 53. de judic.

Libertas omnibus rebus favorabilior est.] Junge
l. 125. h. t.

L. CXXIII.

ULPIANUS lib. XIV. ad Edictum.] Junge l. 8.
pr. de inoffic. testam. unde casum ponit Jac. Go-
thofred.

Nemo alieno nomine lege agere potest.] Cicer. pro
Roscio Comoed. cap. 18. Qui per se litem contestatur,
sibi soli petit.: alteri nemo potest, nisi qui cognitor
est factus. &c.* Facit Calp. Flacc. Declam. 41,
Alius, inquit, pro alio agere non potest.

§. I.

*Temporaria permutatio jus Provinciae non inno-
vat.]. Casum pone in l. 29. in fin. de inoffic. testam.
Jac. Gothofred. h. qui & alios casus habet. Add.
Idem ad l. 9. Cod. Theod. de indulgent. crimin.
[Tom. III. p. 305.] & ad l. 12. Cod. Theod. de poe-
nis in fin. [Tom. III. p. 330.] Facit. huic Capitolin.
in Marco Anton. cap. 22, in fin.***

Temp

* Add. Schulting. Enarr. Tit. Pand. de Procuratorib.

§. I.

** Ubi vide Casaubonum,

*Temporaria permutatio.] Qualis l. 3. de offic. Ad-
seffor.*

L. CXXIV.

*PAULUS lib. XVI. ad Edictum.] Jac. Gotho-
fred. refert ad Tit. de judiciis.*

*Hic quidem & respondere potest. §. 1. Furiosus
&c.] Jac. Gothofred. haec conjungit, expun-
cto (§.).*

*Furiosus absentis loco est:] Quando opus pree-
sentia.*

L. CXXV.

*GAJUS lib. V. ad Edictum provinciale.] Junge
l. 122. h. t. Ad Tractatum de judiciis refert Jac.
Gothofred. h.*

*Favorabiliores rei potius, quam actores habentur.]
Inde *absolutio* favorabilis. Quinctilian. Declam. 300.
& inde alicubi reis in judicio dexter locus datus.
Menag. Amoenit. Jur. Civ. cap. 34.*

L. CXXVI.

*ULPIANUS lib. XV. ad Edictum.] Junge l. 13,
§. 8. de heredit. petit. **

§. 1.

*Locupletior non est factus, qui libertum adquisierit.]
Junge l. 25. §. 11. de heredit. petit. Paul. in Sen-
tent. II. 23. §. 2. ***

§. 2.

* Vid. Eckhard. Hermen. Jur. I. 5. §. 206. ibique Wal-
chium in not.

** Ubi vid. Cujac. not. 3.

M 4

§. 2.

Cum de lucro duorum quaeratur: melior est causa possidentis.] Casus in l. 24. de heredit. petit. Jac. Gothofred. h.

L. CXXVII.

PAULUS lib. XX. ad Edictum.] Agens de hereditatis petitione.

Cum Praetor in heredem dat actionem &c.] Occasionem ponit Jac. Gothofredus ex l. 20. in fin. l. 22. l. 23. de heredit. pet.

L. CXXVIII.

IDE M lib. XIX. ad Edictum.] Junge l. 2. 4. 6. 10. 12. de Public. in rem action. Pone casum ex l. 9. §. 4. eod.

In pari causa possessio potior haberi debet.] Late Merend. Controv. Juris VI. 20.

§. 1.

Hi, qui in universum jus succedunt, heredis loco habentur.] Facit l. 7. §. 9. de Public. in rem act. Junge l. 12. §. 1. eod.

L. CXXIX.

IDE M lib. XXI. ad Edictum.] Junge l. 12. de usurp. & usuc. Jac. Gothofredus casum ponit in creditore, sibi debitum accipiente, & quod is non tenetur aliqua actione.

§. 2.

§. I.

Cum principalis caufa non confifit, ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent.] Jac. Gothofred. casum ponit in l. 39. §. I. de reivind. l. ult. §. I. ad SClum Vellej. l. 7. Cod. eod. l. 40. de reivind.

L. CXXX.

ULPIANUS lib. XVIII. ad Edictum.] Ut in actione de pauperie, & damni injuria, de quibus hoc libro actum.

Nunquam actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.] Ut non id, quod plus est in ea, quae non est intentata, quis consequi adhuc per illam possit. *

L. CXXXI.

PAULUS lib. XXII. ad Edictum.] Junge l. 12. de nosal. action.

L. CXXXII.

GAJUS lib. VII. ad Edictum provinciale.] Jun-
ge

* Videtur itaque Schultingius hac in re sequi Jac. Gothofredum h. Aliter de hac regula sentit Cujac. Obs. VIII. 24. quem sequitur Pothier. ad Tit. Pand. de oblig. & auct. num. 68. Gothofredi Cujaciive sententiam amplectendam censet H. van Vianen Diff. de concursu actionum cap. ult. §. ult. in novo Thes. Diff. Belg. G. Oelrichs. Vol. I. Tom. I. Sed novam hanc regulae lucem adfundit, ejusque veram, nisi fallor, sententiam indicavit Clarissimus Bavius Voorda (quem Virum optimum atque eruditissimum, dum haec scribo, morte nobis eruptum esse, vehementer lugemus.) in Thes. Controv. Deo. XXV. thes. 7. seqq.

ge l. 8. ad L. Aquil. In qua Lege id procedit.

Imperitia culpae adnumeratur.] In *artifice.**. Facit Plato in *Protagora*, p. 239. *in fin.* Cicero de *Orat.* I. 58. & *de Finib.* III. 17. *in fin.*

L. CXXXIII.

IDEM lib. VIII. *ad Edictum provinciale.*] Jac. Gothofredus casum ponit in l. 9. §. 2. *de interrog. in jure fac.* Vult tamen, *hanc Legem & aptari posse servo*, qui possessionem in alium transtulit; vel Titulo *de his, qui effud. vel dejec.*

Deterior fieri non potest.] *Jure*, sine nostra voluntate; *facto* quidem.

L. CXXXIV.

ULPIANUS lib. XXI. *ad Edictum.*] Agens de *fraudatoriis actionibus.* Junge l. 19. *de pignor.* & *hypoth.* l. 30. *de hered. instit.* l. 42. *de oblig.* & *act.*

§. 1.

Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.] Et cessione improba facta *beneficio cessionis gaudere.* Jac. Gothofred. h. Facit Quintilian. *Declam.* 262.

L. CXXXV.

IDEM lib. XXIII. *ad Edictum.*] Junge l. 21. *de noxal. action.* & casum ponit Jac. Gothofred. in *servo noxae dedendo, mortuo antea.* l. 39. *in fin.* l. 42. §. 1. *eod.*

Pro

* Add. Clar. Noodt. Lib. sing. *ad Leg. Aquil. cap. 8.*

Pro non adjectis habentur.] In formula sententiae.

L. CXXXVI.

*PAULUS lib. XVIII. ad Edictum.] Lib. XXIV.
vel XXVII. Jac. Gothofredus; defendit tamen &
hanc lectionem, & jungit l. 22. 24. 26. de noxal.
action. & casum ponit ex l. 11. 12. 13. 28. eod.*

*Quotiens lex impedimento non est.] Branchu Obs.
cap. XIX. p. 191. seq. casum ponit in partu ancil-
lae, vel alienae, vel furtivae. l. 4. pr. pro suo.
Malim in *re furtiva*, in specie l. 9. §. 5. de Public.
in rem. act. Clar. Noodt. in Comm. ad Tit. Pand.
de revind. vs. *Aliquem in diversum rapiat &c.* re-
fert ad casum l. 45. de usuris. **

L. CXXXVII.

*ULPIANUS lib. XXV. ad Edictum.] Junge
l. 14. de religios. & casum pone in l. 14. §. 1. eod.*

L. CXXXVIII.

* Jac. Gothofredus casum quoque ponit in *Edicto de religiosis*, quod domino dat actionem adversus eum, qui mor-
tuum intulit in locum alienum; non vero *bonae fidei possessori*. l. 2. §. 1. de religios. Sed Ulpianum *ibi* loqui de actio-
ne *directa* ex Edicti verbis; *utilem* autem actionem ex Edicti
sententia *bonae fidei possessori* non esse denegandam; eoque
minus, cum idem Ulpianus hanc quoque concedat *fructuario*
l. 8. §. 4. eod. & Scaevola l. ult. eod., docuit Clar. Noodt.
in Comm. ad Tit. Pand. de religios. vi. *Sequitur in Edic-*
to &c.

L. CXXXVIII.

PAULUS lib. XXVII. ad Edictum.] Junge l: 3.
11. 21. 23. 25. 32. *de religios.* Add. l. 4. eod.

§. 1.

Nunquam crescit ex post facto præteriti delitti aestimatio.] Casum ex l. 2. §. 2. *de religios.* ponit Jac. Gothofred., ut si post unum cadaver & alterum inferatur. * Sed hic est secundum delictum, non idem. Add. & l. 11. pr. *de serv. corrupt.* De delictis privatis agitur. Vide tamen & l. 7. §. 1. *de liber. cauff.* l. 1. §. 1. *de poenis.* Add. Pufend. de *Jure Nat.* & *Gent.* VIII. 3. §. 22.

Nunquam] Jauchius de *Negationib.* p. 290. *nonnunquam:* perperam. ** nec Leges agunt de delicti augenda poena, sed rei aestimatione ob *moram*, in qua fas semper est.

L. CXXXIX.

Semel inclusae judicio] Eodem sensu Tertullianus *de Poenitent.* Cap. VI. dixit, *Poenitentiam* (baptismo) *includere.* † Hinc autem videtur Gaji tempore lis *apud judicem* contestata fuisse. Jan. a Costa *ad Tit.* X. *de lit.* *contestat.*

§. 4.

* Gothofredum sequitur van de Water. *Obf. Jur. Rom.* III. 4. p. 263. seq.

** Jauchium recte refutavit Marckart. *Probab. recept. leg. Jur. Civ. Part.* I. p. 42. seqq.

† Ubi vide Rigaltium.

§. I..

Non videtur perfecte cuiusque id esse, quod ex causa auferri potest.] Existente v. gr. Legati conditio-

tione. l. 15. de reb. dubiis.

Ex causa] Flor. ex casu.

L. CXL.

ULPIANUS lib. LVI. ad Edictum.] Ad usucapiones refert Jac. Gothofredus: quod probabile est.

L. CXLI.

PAULUS lib. LIV. ad Edictum.] Junge l. 2. l. 4. de usurpat. & usucap. & casum pone ex l. 47. eod. Jac. Gothofred. h.

§. I..

Uni duo pro solido heredes esse non possunt.] Junge l. 3. §. 5. de adq. vel amitt. possession. Aliqui hoc admittunt: male. Vid. Faber de Errorib. Pragmatic. Dec. 27. error. 5.

L. CXLII.

IDE M lib. LVI. ad Edictum.] Junge l. 1. de confessis. Vid. Merend. Controv. Jur. X. 14.

Qui tacet, non utique fatetur: sed tamen verum est, eum non negare.]* Vid. de tacente Goesium Pilat. Judic. p. 32. seqq.

L. CXLIII.

* Proprie scil. qui tacet, nequè confitetur, neque negat: quod duntaxat hoc loco docere vult Paulus. Sed hoc non impedit, quo minus in nonnullis causis tacens pro negantè habeat.

L.. CXLIII.

ULPIANUS lib. LXII. ad Edictum.] Junge l. 9. II. 15. de reb. auditor. Judic. possid. Add. l. 4. 6. 7. l. 8. §. pen. & ult. l. 9. 10. eod. Jac. Gothofred. h.

Quod ipsis, qui contraxerunt &c.] Graeci in Addend. Tom. I. Basilic.

L. CXLIV.

PAULUS lib. LXII. ad Edictum.] Agens forte de executione in bonis debitorum. Junge l. 146. h. t.

Non omne, quod licet, honestum est.] Quintilian. Instit. Orator. III. 6. Sunt quaedam non laudabilia natura, sed jure concessa. &c. Senec. de Ira, II. 27. *Quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? quanto latius officiorum patet, quam Juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt?* & saepe, qui nihil peccant in Leges Civiles, in Philosophorum placita impingunt. Themist. Orat. XXIII. p. 287. Συμβαίνει δὲ τὸς αὐτὸς ἀρ-δει πολάκις τοῖς μη τῆς πόλεως τόμοις ἀλλοι εἶναι, τοῖς δὲ πλάτων ἀλισχεθαι, ἢ τοῖς Ζήνων. Non recte contra Quintilian. Declam. 248. *Quoties autem licet, etiam oportet.** Et fere Hecaton Rhodius apud Ciceron. de Offic. III. 15. Add. Goef. in Addend.

ad

habeatur, veluti in specie l. II. §. 4. & 7. de interrogat. in Jure faciend. Vid. Jac. Gothofred. h. & Schulting. ad Caii Instit. II. I. not. 73.

* Sed ibi forte legendum, non etiam oportet. Vid. not. Schult. in edit. Burman.

ad Pilat. Judic. p. 34. Lopez. Animadv. Jur. Civ. Cap. IV. [in Thes. Otton. Tom. III. p. 439. seq.]

§. I.

In stipulationibus id tempus spectatur, quo contra-himus.] Junge l. 7. l. 9. quae in fraud. credit. l. 4. de annuis legat. l. 78. de verbor. obligat. ut videatur, qui creditores sint in casu dict. Tit. quae in fraud. credit. Jac. Gothofred. h.; vel pone, de missione in possessionem bonorum agi.

L. CXLV.

ULPIANUS lib. LXVI. ad Edictum.] Junge l. 6. §. 9. quae in fraud. credit.

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consen-tiunt.] Exempla vid. apud Gail. Obs. II. 84. Scho-lia Basilicorum non bene.

L. CXLVI.

PAULUS lib. LXII. ad Edictum.] Vid. ad l. 144. h. t.

Quod quis, dum servus est, egit: proficere libero facto non potest.] Ut tanquam creditor habeatur.

L. CXLVII.

GAJUS lib. XXIV. ad Edictum provinciale.] Junge l. 16. l. 21. de reb. auctorit. Judic. possidend.

Semper specialia generalibus insunt.] Ut in hypotheca generali, rerum singularum. l. 2. D. & l. 6. Cod. qui potior. in pign. Jac. Gothofred. h. Sic Schol. Basilic.

L. CXLVIII.

L. CXLVIII.

PAULUS lib. XVI. Brevis Edicti.] Junge l. 26.
de reb. auctorit. Judic. possidend. l. 55. de verb.
signific.

*Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad
omnes pertinent.] Pretii bonorum venditorum,
ut l. 6. §. 7. quae in fraud. credit. l. ult. Cod. de
bon. auctorit. Jud. possid. Jac. Gothofred. h.*

L. CXLIX.

ULPIANUS lib. LXVII. ad Edictum.] Junge
l. 1. §. 10. & 13. quod Legatorum. Jac. Gotho-
fred. h.

*Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum
praestare debet.] Basilicorum Scholia accipiunt de
re ejusque onere: non bene; post tamen melius in
secundo Scholiò.*

L. CL.

IDEM lib. LXVIII. ad Edictum.] Junge l. 2.
§. 42. ne quid in loc. publ., ubi idem.

L. CLI.

PAULUS lib. LXIV. ad Edictum.] Junge l. 1.
ne quid in loc. publ. & conf. l. 2. §. 10. & 16. eod.

*Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere
fus non habet.] Cyriac. Controv. 688. num. 73. seqq.*

L. CLII.

ULPIANUS lib. LXIX. ad Edictum.] Junge
l. 1. de vi & vi armata.

§. 2.

§. 2.

*In maleficio ratihabitio mandato comparatur.] Junge l. 1. §. 12. 14. 15. de vi & vi armat.**

§. 3.

*In contractibus, ** quibus dolii praefatio &c.] Junge l. 1. §. ult. l. 3. pr. & §. ult. de vi & vi armat.*

L. CLIII.

PAULUS lib. LXV. ad Edictum.] Junge l. 8. de adq. vel amitt. possess. & l. 2. l. 9. de vi & vi armat. l. 2. atq. possidet.

Ut igitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum.] Scil. cum id sit sine nostra voluntate. Merend. Controv. Juris XII. 24. num. 18. seqq. †

L. CLIV.

ULPIANUS lib. LXX. ad Edictum.] Junge l. 1. §. 1. & 2. de superficieb.

Neque enim datur talis replicatio petitoris: Aut si rei

* In altero exemplari in 4to. addiderat: *quoad pecuniarias poenas: vid. Mastb. de Criminib. Prolegom. Cap. I. num. 14. non vero alias. add. Jac. Gothofred. b.*

** Aliter in interdicto unde vi: vid. loca à Schultingio allata; aliasque actionibus ex delicto. Add. Jac. Gothofred. b.

† Aliter hunc locum explicat A. J. Cuperus Obs. Select. de natura possessionis, Part. II. Thes. 36. p. 113. Lugd. Batav. 1789.

rei quoque in ea re dolis actum sit. &c.] Vid. ad l. 4. §. 13. de dol. mal. & met. except. Merill. Obs. II. 27.*

L. CLV.

PAULUS lib. LXV. ad Edictum.] Junge l. 2. l. 9. de vi & vi armat. & in d. l. 9. §. 1. catus ponit Jac. Gothofredus:

§. 2.

In poenalibus causis benignius interpretandum est.] Quaeri pone de vi, an publica sit, an privata. Jac. Gothofred. h.

L. CLVI.

ULPIANUS lib. LXX. ad Edictum.] Junge l. 25. de revind. l. 21. de judic.

Invitus nemo rem cogitur defendere.] Rem propriam. Jac. Gothofred. h. — Dion. Gothofred. in not. Ita Notarius instrumentum confiscare cogi potest. Vid. Mevium Decis. P. II. Decis. 5. & P. VIII. Decis. 124. Ut & caupo, hospes &c. commaneantes & vectores recipere: & Fabri in collegiis ad opera.

* Ubi ad verba, cum longe aequum sit, ex eo quod perinde gestum est, actorem nibil consequit, notavit Schultingius: Late Cyriac. Controv. 191. num. 7. seqq. num. 22. seqq. Controv. 197. num. 3. seqq. num. 34. ubi ex DD. sit, actorem alioquin allegaturum, quod ante allegavit: num. 36. notat, aliud esse, quando actoris intentio est iusta per se, sed reus primum objicit de dolo, ut in l. 39. & l. 47. solut. matrimon. Jac. Gothofred. ad l. 154. de reg. iur. distinguit inter delitum par & dispar.

opera. Vid. Mevium *Decis. P. II. Decis. 156.* Quod & turpissem & contra omnem juris & aequi artem, Decius extendit ad meretrices, in lupanari stantes. De quibus Quinctilian. *Declam. XIV.*

§. 1.

Cui damus actiones, eidem & exceptionem competerè multo magis quis dixerit.] Junge l. 1. §. 4. de superficieb. ubi idem. Basilicorum Scholia causum ponunt in l. 9. §. 4. quod met. causa.*

§. 2.

*Cum quis in alii** locum successerit & non est aequum, ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cuius locum successit.] Best. de Ration. emend. Leg. Cap. XII. num. II. p. 148. legit nonne est aequum*

* Notabilis iure novo ab hac regula exceptio est in l. unica. §. 5. Cod. de ret. uxor. aqion, ubi sanxit Imp. Justinianus, ut maritus res dotales propter impensas utiles, in eas factas, retinere non possit; sed concessit ei actionem mandati, vel negotiorum gestorum, prout impensa factae sunt ex voluntate uxoris, an vero ea inscia.

** Best. loc. cit. & ibid. p. 34. legi vult, cum quis alii in locum successerit &c. Sed alii dicitur pro aliis, ut saepe alibi. Vid. Marckart. *Interpret. recept. locion. Jur. Giv.* p. 57. seqq. & p. 241. qui ipse tamen pro aliis reponendum censet alicujus, quoniam in l. 3. §. 2. de itin. astuque privat. legitur in locum eorum, & probabile non est, Tribonianum archaismi elegantiam adfectare voluisse. Sed unde probabit Vir Clar. non hic, sed in d. l. 3. §. 2. germanam Ulpiani scripturam existare? Ego itaque malum nihil mutare.

aequum &c. & dein post successit ponit (?) quod non placet. * Pro *quod adversus eum nocuit*, *legendum non nocuit*, ut in *I. 3. §. 2. de itin. actu-que priv.* unde sumta *haec regula*. Jac. Gothofred. ** *h.* & Grot. in *Flor. Sparzion.* ad *h. I.* p. 346.

§. 3.

Plerumque emtoris eadem caussa esse debet circa pe-tendum ac defendendum, quae fuit auctoris.] Junge *I. 1. §. 43. de aq. quotid.* & *aestiv.* ubi casus. — *Quod ad realia, Tiraq. de Retraict lignag. §. 1. Glos. 9. num. 131. vi.* Sed haec, ne fallaris, proce-dunt in *juribus realibus &c.*

§. 4.

Quod cuique pro eo + praestatur, invito non tri-buitur.] Pone *aquaeductum cum Jac. Gothofred. h.* Facit *I. 2. §. 28. ne quid in loc. public.*

L. CLVII.

IDE M lib. LXX. ad *Editum.*] Leg. lib. LXXI. Junge *I. 11. §. 7. quod vi aut clam.* ubi idem.
Ad ea, quae non habent atrocitatem facinoris vel *fice-*

* Bestium recte refutavit Marckart. *loc. cit.* p. 243.

** Qui observat, origine forte scriptum fuisse *nocuit*, id est, *non nocuit*. Pluribus hanc lectionem confirmavit Mare-kart. *dit. loc. p. 242. seqq.*

+ *Pro eo, id est, ejus tantum contemplatione, vixie iustus.* Sensus igitur est: *eum, cui v. gr. jus aquae ducendae praesti-tum est, invitum aquam dueere non cogi.* Jac. Gothofred. b.

sceleris, ignoscitur servis &c.] Vid. l. 20. *de oblig.*
& action. l. 10. *in fin. de his, quae ut indign.* For-
 ner. *Selection.* I. 27. [in Thes. Otton. Tom. II.
 p. 39.] Facit huc Callimach. *Hymn. in Cerer.*
 v. 62.*

*Vel his, qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus
 & curatoribus]* De curatore furiosi hoc docetur in
 l. 56. §. pen. *de furtis.* l. 11. §. 6. *quod vi aut clam.*
 Non idem de curatore minoris, qui tantum agenti
 minori consentire potest; non vero ipse regulariter
 quid agere. Fab. *Ration.* ad l. 17. §. 2. *de jure-
 jur.* ** Facit l. 4. §. 11. *de usurpat.* & *usuc.*

§. 1.

Semper qui dolo fecit &c.] Junge l. 8. §. 3. *de
 precario.*

§. 2.

In contractibus successores &c.] Junge l. 8. *in fin.*
de precario. Jac. Gothofred. h.

L. CLVIII.

GAJUS lib. XXVI. ad Edictum provinciale.]
 Junge l. 2. *de migrando.* Forte de Salviano inter-
 dicto, & pignoribus, hic egit. †

L. CLIX.

* Et Graecum proverbium: Ἀιδύκεις οὐδὲ γειτούμενος.
 De quo vid. Menag. *ad Diog. Laërt.* I. 77.

** Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* XXXIX. §. 4.

† Vid. *Qb. miscell.* in aud. Vett. & recent. Vol. III.

p. 294.

L. CLIX.

PAULUS lib. LXX. ad *Edictum*.] Junge l. 14.
§. 2. de except. rei judic.*

L. CLX.

ULPIANUS lib. LXXVI. ad *Edictum*.] Junge
l. 1. de except. rei vend. & tradit.

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.] Quod
ad formam venditionis. l. i. §. 2. de except. rei
vend. Jac. Gothofred. h. Vid. & Cygiac. Con-
trov. 289. num. 8. seqq. Idem ponit casum in mi-
nore, venditioni *Emphyteuseos* consentiente, Con-
trov. 309. Sed hic consentit venditioni *rei alienae*;
procedit tamen haec regula & illuc.

§. I.

Refertur ad universos, quod publice fit per maio-
rem partem.] Jac. Gothofred. casum ponit in caus-
sa contra syndicum judicata.

Ad universos] Et singulos, et si contradixerint;
qui nec executionem recusare possunt. Plin. VI.
Epist. 13. *Quod pluribus placuerit, cunctis tenen-
dum.* Liv. XXXII. 20. *Ubi semel decretum erit, omni-
bus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque
utili foedare defendendum.* Mev. ad *jus Lubec.* I. 1.
Att. 2. Iun. 100, seqq. Goris ad *Conf. Velav.*
T. 23. A. 22. Gl. 2.

Quod publice fit] In *Collegiis.* Selden. *de Jure
Nat. & Gent.* I. 6. p. 83. Facit Dion. Chrysost.
Rho-

* Illustravit hanc regulam Majans, Disp. VII. §. 2.

Rhadiae, p. 333. Omnes vero debent adesse. Polan. *Histor. Trident.* IV. p. 228. saltem votati. Add. Grot. *de Jure Belli ac Pac.* II. 5. §. 20. & III. 20. §. 4. An autem major pars sit Collegii, an idem sentientium. Mev. loc. cit. num. 34. seqq. Grot. d. lib. II. 5. §. 19. qui posterius vult. Aliud in illis, quae a pluribus, ut a singularis, fiunt. Mev. *ad jus Lubec.* I. 1. Art. 2. num. 12. seqq. Polan. *Histor. Concil. Trident.* IV. p. 288.

§. 2.

*Absurdum est, plus juris * habere cum, cui legatus sit fundus, quam heredem &c.]* Add. l. 6. de exceptionib.

L. CLXI.

IDEM lib. LXXVII. ad Edictum.] Agens de stipulationibus, maxime Praetoriis. Junge l. 12. qui satisd. cog.

In Jure Civili receptum est &c.] Vid. Leonin. Emend. IV. 20. Facit Quintilian. Declam. 249.

Cujus interest conditionem non impleri,] Ne cogatur solvere. Basilię. μὴ πληρωθῆναι. **

Fiat

* Jac. Gothofred. edidit pluris, & in not. addit: An pluris, id est, plus Juris? vel, mox legendum haberi, non habere. Sed undenam haec Viro Summo in mentem venerint, ignoro; certe supervacua sunt, cum Codex Florentinus plus Juris habeat, & Basilic. quoque πλέον θεατοί.

** Negationem itaque hic quoque habent Graeci: διειπενειν, εἰ διεῖπεν ἐργοδίον μὴ πληρωθῆναι τὸν αἴρεσσιν, οὐδὲ διεφέρει μὴ πληρωθῆναι αὐτὸν. καὶ τοι λ. Quod tamen negare videtur. Jac. Gothofred. h.

Fiat, quo minus impleatur.] Cyriac. *Contraria*
167. num. 2.

L. CLXII.

PAULUS lib. LXX. ad *Edictum*.] Jac. Gothofred. ponit casum in l. 44. de usurpat. & usucap.

L. CLXIII.

ULPIANUS lib. LV. ad *Edictum*.] Junge l. 8.
10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. de liberal. cauſſ.

Cujus * est donandi, eidem & vendendi. Et concedendi jus est. Et manumittendi.

L. CLXIV.

PAULUS lib. LI. ad *Edictum*.] Junge l. 15.
17. 19. 24. de liber. cauſſ. & pone casum in l. 21.
eod. Jac. Gothofred.

L. CLXV.

ULPIANUS lib. LIII. ad *Edictum*.] Junge l. 8.
l. 10. de aq. & aq. pluv. arc. ubi & casus.

L. CLXVI.

PAULUS lib. XLVIII. ad *Edictum*.] Junge l. 10.
de interrog. in jure faciend. l. 10. 12. 14. 16. **.
18.

* Cui jus legit Leunchav. Not. II. 145. in Thef. Ottom. Tom. III. p. 1534. Graeci. ἡ θεραπεία.

** In cuius Legis 16. inscriptione pro Lib. LX. ad *Edictum*, Cuijacius ad Libr. Pauli ad *Edictum* in expl. d. l. legit Lib. XLVIII. uti ad illam Legem notavit Schulting.

18. de damn. infect. Add. l. 7. l. 9. §. 4. l. 13.
§. 1. eod. Jac. Gothofred. h.

L. CLXVII.

IDEM lib. XLIX, ad Edictum.] Junge l. 2. §.
9. l. 14. de aq. & aq. pluv. arc. Actio illa datur
domino. l. 4. pr. & §. 2. l. 18. eod. Jac. Gothofred.
accipit de venditione imaginaria. Quid? si
ponamus casum in fundo, sub conditione suspensiva
in diem addicto. Add. & Junge d. l. 9.

§. 1.

**Qui iussu judicis aliquid facit, non videtur dolo
malo facere, qui parere necesse habet.**] Add. l. 2.
§. 3. de aq. & aq. pluv. arc. & solvens iussu judi-
cis, securus est. Fab. Cod. VIII. 16. def. 29. &
VIII. 29. defin. 9. & 18.

L. CLXVIII.

IDEM lib. I. ad Plautium.] Junge l. 10. se quis
caut. in jud. sist. causs. fact. non obtemp. Facit l. 7.
de in int. restit.

**Rapienda occasio est, quae praebet benignius respon-
sum.]** In casu non obiti vadimonii. Facit Quintili-
an. Declam. VI. 12. seqq.

§. 1.

* Mellus quia; quemadmodum & Graeci legisse videntur,
verba haec vertentes, αἰδύκει γέλε οὐδὲ πειθεχοτα. Vid-
notata ad L. 3. §. 1. de Verb. signific. Alter Hoffman.
Mellet ad Pand. Diff. XXXII. §. ult.

N 5

Quod factum est &c.] Jac. Gothofred. casum ponit ex l. 1. §. 1. & eadem de eo, per quem fact. erit &c.

*IDEM lib. III. ad Plautum.] Junge l. 33. ad L. Aquil. & add. l. 37. eod. **

Is damnum dat, qui iubet dare: &c.] Grot. de Jure Belli ac Pacis. H. 26. §. 4. num. 1.

§. 2.

Quod penderit, non est pro eo, quasi sit.] Conf. l. 14. §. 1. & l. 15. de noxal. action. Jac. Gothofred. h. Vid. & P. Fab. Semestr. III. 6.

L. CLXX.

*IDEM lib. IV. ad Plautum.] Junge l. 14. comm. divid. Casum in l. 7. si pars hered. pet. vel in l. 10. usuff. quemadmodum ponit Jac. Gothofredus. **

L. CLXXI.

IDEM lib. IV. ad Plautum.] Junge l. 14. de iniur. action. ubi & casus.

L. CLXXII.

IDEM lib. V. ad Plautum.] Junge l. 57. de contrah. omni. iuris &c. In

** Vid. & Clar. Noord. Lib. sing. ad Leg. Aquil. Cap. X.*

*** Legendum Lib. III.*

*In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem * interpretandum est.] Merill. Variant. ex Cujac. III. II. Vinn. de Pactis cap. 20. num. 3. & 4.*

§. I.

Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit.] Vid. Averan. Interpret. Jur. II. 30.

L. CLXXXIII.

IDEM lib. VI. ad Plautium.] Junge l. 56. solut. matrimon. l. 19. 21. 23. de re judic.

§. I.

Cum verbum restituas lege invenitur, et si non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.] Junge l. 38. de usuris.

Restituas] Non si verbum dandi, quod in hoc casu circa dotem fuit in Lege. Vid. l. 240. de verb. signific.

Lege] Vel etiam libellis, uti post alios Jac. Gothofred. h., qui notat, & id fieri in restitutione ex debito, seu per viam iustitiae, non si per modum gratiae; neque in stipulatione, si tantum restituendi fiat mentio. l. 73. de verb. signific.

§. 2.

Unicuique sua mora nocet: &c.] Junge l. 38. §. 6. & 7. de usuris. l. 56. de jure dot. l. 88. de verbis obligatis.

§. 3.

** Si scil. ipse venditor legem obscuram contractu dixerit.
Add. Schulting. Thes. Controv. Dec. 63. §. 4.*

S. 3.

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.] Junge l. 56. §. 3. de jure dot. l. 79. de verb. signific. l. 8. de dol. mal. & met. except.

Qui petit, quod &c.] Id est, qui petit idem, quod statim eidem redditurus est. Jac. Gothofred. h.

L. CLXXIV.

IDEM lib. VIII. ad Plautium.] Junge l. 43. de condit. & demonstr. l. 10. de bon. possess. sec. Tabb. l. 11. quib. ex causs. in possess. eat.

Qui potest facere, ut possit conditioni parere,] Hoc ipso tempore.

Fam posse videtur.] Et non faciens est in mora. l. 29. de condit. & demonstr. l. 17. de manumiss. testam. Conf. l. 23. §. 1. de hered. instit. Adde easum l. 8. si quis omis. causs. testam. Jac. Gothofred. h.

S. I.

Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.] Junge l. 8. de bonor. possess. l. 4. de Legat. 2. Vid. l. 13. de adq. vel omitt. hered. l. 9. in fin. l. 10. ad SCtum Trebell.

L. CLXXV.

In his, quae officium per liberas personas leges desiderant &c.] In his, de quibus egerat, quae id est, quatenus officium &c. vel, In his quae officium &c. id est, ob officium. Jac. Gothofred. h.

Pute

Puto lectionem vulgatam posse defendi. *

Officium] Id est, solennitatem, celebritatem. Jac. Gothofred. h. Pone in testamentis. Vid. ad l. 2. h. t.

§. I.

*Non debeo melioris conditionis esse &c.] L. 44.
ad SCtum Trebell. l. 28. l. 33. §. 3; de donationib.
Transit.] Pro transit.*

L. CLXXVI.

IDEM lib. XIII. ad Plautium.] Junge l. 14. de
injuriis. Jac. Gothofredus refert haec ad interdicta.

Non est singulis concedendum &c.] Cicer. de Le-
gib. III. 18. Nihil est exitiosius civitatibus, nihil
tam contrarium juri & legibus, nihil minus cire
& humanum, quam composita & constituta Republi-
ca, quidquam agi per vim. Quintilian. Declam.
XIII. II. in fin. Nos ideo magistratus legesque a
majoribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris
vindex sit &c. Socrat. Histor. Ecclesiast. III. 3. **
Cassiod. Variar. IV. 10. Foedum est, inter Jura
publica privatis odiis licentiam dare &c. Hinc est,
quod

* Praepositiones enim ob vel propter etiam ab optimis
scriptoribus saepe omittuntur. Vid. Putzman. Melet. Jur.
Civ. Cap. VIII. in ejus Opusc. Syllog. p. 184. Add. Sanct.
Minerv. IV. 6. in fin; ibique Clar. Perizon. Minus bene
autem Graeci in Basilicis Legem hanc ita referunt: Τὰ παρὰ
τῷ νόμῳ ἐπιτελεῖσθαι τοῖς ἀνατέροις ἐφέξει, δὲλοι πράττου
σε δύνανται.

** Est illa Epistola Imp. Juliani, ad Alexandrinos missa
qua, ob caedem Georgii indignatus, eos objurgavit.

quod Legum reperta est sacra reverentia; ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Quid enim a bellica confusione pax tranquilla distabit, si per vim litigia terminentur?

Ne occasio sit majoris tumultus faciendi.] Dum vis vi repellitur. I. 6. Cod. unde vi. Male Valer. Maxim. VIII. 1. in fin.

§. 1.

Infinita aestimatio est libertatis & necessitudinis.] Casum ex I. 3. §. 9. & II. de homin. lib. exhib. ponit Jac. Gothofredus.

L. CLXXVII.

IDEM. lib. XIV. ad Plautium.] Junge I. 37. de action. emt. rend. & pone casum in emtore. Jac. Gothofred. h.

Qui i[n] jus, dominium vel alterius succedit,] Qui in dominium, vel alterius jus succedit, Nerius Analect. I. 1. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 329.] ex Basilicis.

§. 1.

Nemo videtur dolo exequi &c.] L. 15. ratam rem haber. I. 2. §. 5. de dol. mal. & met. exc. Jac. Gothofred. h.

Dolo exequi] Al. *in dolo esse.* Nic. Catharin. Obs. cap. 3. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 485.] *dolo petisse: quod non probbo.**

L. CLXXVIII.

* Vulgatam lectionem defendit Marckart. Probab. rec. leg. Jur. Civ. Pars. II. p. 65. seq.

L. CLXXVIII.

IDE M lib. XV. ad Plautium.] Egit de *usufructu*, *servitutibus*, *immo & usucapione*. l. 15. *de usurp.* & *usucap.* Aptat Jac. Gothofredus *huic regulae speciem* l. 1. §. 2. *de pignorib.* & *hypothec.* l. 7. Cod. eod.

Plerumque] Excep^tiones vid. apud Jac. Gothofred. h. Chesium *Different.* cap. 98. num. 4. [in *Jurisprud. Rom. & Attic.* Tom. II. p. 892.] Cyriac. *Controv.* 196. num. 34.

L. CLXXIX.

IDE M lib. XVI. ad Plautium.] Junge l. 14. *de manumiss.* l. 18. *de manum. vindict.* l. 39. *de manum. testim.* l. 20. *de statu liber.*

L. CLXXX.

IDE M lib. XVII. ad Plautium.] Junge l. 9. *de condic^t.* *causs.* *d&t.* *causs.* *non sec.* l. 65. *de condic^t.* *indeb.*

Quod jussu alterius solvitur, &c.] id est, *alterius alteri.* *

L. CLXXXI.

IDE M lib. I. ad Vitellium.] Junge l. 19. *de liber.* & *post. hered.* *instit.* l. 10. *de injust.* *rupt.* *irrit.* *fact.* *test.* l. 18. *de hered.* *instit.*

Si nemo subiit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur.] An & reicta ad *piaas caussas?* Vid.

Fa-

* Vid. Leunclav. *Notat.* II. 147. in Thef. Otton. Tom. III. p. 1534.

Fachin. *Controv. Juris VI.* 82. Exceptiones videtur apud Sande *Decis. IV.* 4. defin. 10. Add. l. 42. de fideic. libert.

L. CLXXXII.

IDEM lib. III. ad *Vitellium.*] Agens, ut videatur, de *Legatis*; forte tamen & de *Stipulationibus*. Junge l. 93. de *verbis obligat.*

L. CLXXXIII.

MARCELLUS lib. III. *Digestorum.*] Junge l. 7. de *in iust. refit.*
Et si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen, ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est.] Ad alia hoc extendunt. * Cyriac. *Controv.* 481. num 34.

L. CLXXXIV.

CELSUS lib. VII. *Digestorum.*] Illic de *mandato, societate, & precario egit.* Add. l. 13. de *rejudic.* ubi idem. Jac. Gothofred. h.

Vani timoris] Etryp. *Supplici vs.* 548.

Justa

* Immo Leyser. *Medit. ad Pand. Spec. III. Medit. 6.* ex hac Lege concludit, negotia, ob defectum solennitatum ipso sive nulla, veluti testamento, contractus &c., sustineri a judice debere, si manifesta adsit aequitas. Sed huic sententiae revera iniquae, vid. l. 91. §. 3. de *verbis obligat.* nullum in Lege fundamentum est, quae non agit de solennibus, quas Leges desiderant, ut negotium aliquod valeat; sed de solennibus seu ordine Judiciorum, ex quo licet nihil facile mutandum sit, tamen ubi evidens aequitas poscit, subveniendum; uti rescripsit Divus Antoninus in l. 7. alleg. Add. Jac. Gothofred. h.

*Justa excusatio non est.] Al. estimatio: * male.
Vid. Jac. Gothofred. h. Basilic. & ουμελανη.*

L. CLXXXV.

IDEM lib. VIII. Digestorum.] Junge l. 59. *de contrah. emt. l. 38. de action. emt. vend.*

Impossibilium nulla obligatio est.] Ne quidem Legis. Quintilian. Declam. 249. Id vobis, judices, facillime persuaderi poterit, si non tam injustos, neque tam imprudentes existimatis legum iatores fuisse, ut necessitate preefringerent ea, quae praestari non possent. Quid circa sententias, talia injungentes. Mev. P. II. Decis. 368.

L. CLXXXVI.

IDEM lib. XII. Digestorum.] Junge l. 30. *de oper. libertor. casus in l. 24. eod. Jac. Gothofred. h.*

L. CLXXXVII.

IDEM lib. XVI. Digestorum.] Junge l. 24. *de hered. instit. l. 26. l. 59. eod. l. 21. de condit. instit.*

L. CLXXXVIII.

IDEM lib. XVII. Digestorum.] Agens de Legatis. l. 12. *de probationib. l. 63. de Legat. l. 1. l. 18. de Legat. 2. Jac. Gothofredus casum ponit ex l. 13. §. 3. de reb. dubiis. ***

L. CLXXXIX.

* Sive estimatio, uti Leunclay. Notat. II. 148. in Thef. Octon. Tom. III. p. 1534.

** Add. Merill. Obs. VII. 8.

L. CLXXXIX.

IDEM lib. XIII. Digestorum.] Junge l. 7. *de collatione.* Jac. Gothofredus casum ponit in *hereditate adquirenda, & omittenda.*

L. CXC.

IDEM lib. XXIV. Digestorum.] Junge l. 69. *de solutionib.* Add. l. 4. §. ult. *de re judic.* Facit l. 20. *de solutionib.* l. 26. *in fin. de noxal. action.*

L. CXI.

IDEM lib. XXXIII. Digestorum.] Jac. Gothofred. casum ponit in *remissione poenae L. Juliae & Papiae.* Facit l. 31. *de ritu nupt.* Aliter* Heinicci, in *Comm. ad L. Jul. & Pap. Popp.* p. 386. seq.

Neratius consultus &c. respondit &c.] Desumitur itaque Celsus haec ex libris Neratii *Responsorum.*

Quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius aestimationem esse.] Inscript. apud Gudium p. 175. l. **

L. CXII.

MARCELLUS lib. XXIX. Digestorum.] Junge l. 3. *de servit. legat.*

§. I.

* Scil. etiam Heiniccius *Legem* *hanc* quidem cum Jac. Gothofredo refert ad *L. Juliam & Pap. Popp.*, sed, cum Gothofredus dubius haereret, utrum ad *L. Juliam de maritandis Ordinibus* pertineat, an ad *Legem Caducariam*, posterius probavit, & alium quoque, ac Gothofredus, Legi casum adfixit.

** Add. Schulting. in *Enarr. Tit. Pand. de Constit.* Princip. §. ult.

§. I.

In re dubia benigniorem interpretationem sequi, &c.] Ex l. 3. de his, quae in testam. delent.

L. CXCIII.

CELCUS lib. XXXVIII. *Digestorum.] Junge l. 50. mandat. l. 99: de verbis. obligat.*

Omnia fere jura &c.] Exceptio est in l. 26. de stipul. servor. Jac. Gothofred. h.

L. CXCIV.

MODESTINUS lib. VI. *Differentiacum.] Junge l. 7. de his, quae ut indign. l. 5. de conjung. cum emanc. lib. ejus.*

Qui per successionem, quamvis longissimam &c.] Horat. Epist. II. 2. vs. 175. seqq.

Sic, quia perpetuus nulli datur usus, & heres Heredem alterius, velut unda supervenit undam.

Merill. *Different. lib. sing. cap. 24. ** Aliud volunt in Statutis. Grivell. *Decis. 86. num. 24. seqq. in quo caute versandum.*

Confiterunt] Al. existiterunt.

Quam qui principaliter heredes existunt,] Sic l. 7. de his, quae ut indign.

L. CXCV.

* Vid. & Jo. van Nispen *ad libros Modestini Differentiarum*, in Thes. Diff. Belgic. G. Oelrichs. Vol. I. Tom. I. p. 58. seq.

L. CXCV.

IDEM lib. VII. Differentiarum.] Junge l. 52, de condit. & demonstr. ubi casus. *

Expressa nocent, non expressa non nocent.] Ordinarie expressi & taciti vis eadem, non semper.

L. CXCVI.

IDEM lib. VIII. Regularum.] Junge l. 25. de pignorib. & hypoth. l. 6. de distract. pign. & accipe cum Jac. Gothofredo de beneficiis creditorum.

Privilegia quaedam caussae sunt &c.] L. 68. h. t.

Quae personne sunt, ad heredem non transeunt.]

L. 18. Cod. Theod. de extraord. sive sordid. muneribus [Tom. IV. p. 139.]**

L. CXCVII.

IDEM lib. singulari de ritu nuptiarum.] Junge l. 42. de ritu nupt. ubi idem.

In conjunctionibus] In mentionibus, vel conditionibus, pro nuptiis, legit Nic. Catharin. Obs. cap. 29. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 492.] sed sibi dissidens, & male. †

L. CXCVIII.

* Add. van Nispenn *diss. loc.* p. 77. seqq.

** In altero exemplari in 4^{to} adjecit: l. 43. Cod. de excusat. muner. & multo minus cedi possunt. l. 42. de administr. & peric. tutor. Vid. Sande de *Action. cession.* Cap. IX. num. 8. & seq. Plura de privilegiis vid. apud Gebauer, *in ejus Exercitat. Academ.* Vol. I. p. 281. seqq.

† Vid. Marckart. *Probab. rec. leđ. Jur. Civil. Part. II.* p. 45. seq.

L. CXCVIII.

JAVOLENUS lib. XIII. ex Cassio.] Vid. l. II.

§. 6. quod vi aut clam.

Neque in Interdicto, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.] Merill. Variant. ex Cujac. I. 35. Of. Aurel. Dispunct. ad Merill. Dispunct. 35. * [in Thes. Otton.

* Ubi frustra tentat, Cujacium secum ipsum conciliare. Vid. Clar. B. Voorda, Thefib. Controv. Dec. XXI. thef. 9. De re ipsa agit quoque Clar. Needt. in Somm. ad Tit. Pand. quando ex fact. tutor. vs. At quemadmodum non prodest pupillo &c. Multi Legem hanc accipiunt de casu, quo tutor extrinsecus, seu extra rem pupilli, dolo aliquid admisit. Vid. l. 4. quando ex fact. tutor. Ita quoque Clar. Westenb. ad dict. Tit. Pand. §. 10. Sed hoc non videtur necesse: vera enim regula hacc quoque est, si tutor in administratione dolo aliquid admisit. Licet enim propterea pupillus nunc quidem conveniri possit, tamen dolus tutoris pupillo non nocebit: nam, si non solvendo est tutor, non ulterius tenetur pupillus, nisi ut actiones suas adv. tutorem. actori cedat. Quae etiam est sententia Pomponii in l. ult. de adm. & peric. tutor. ut adeo hac parte nullus fuerit Vett. JCTorum diffensus. Si autem solvendo est tutor, tunc pupillus, quod solvere coactus est, ab ipso tunc recuperare potest actione tutelae, d. l. ult. & l. I. quando ex fact. tutor. adeoque non sic quidem dolus tutoris pupillo nocebit: immo & hoc casu defamatur pupillus cessa actori actione adv. tutorem, non quidem ex sententia Pomponii, vid. d. l. ult. & l. 3. §. 1. de tributar. aff. sed ex sententia Ulpiani. Vid. d. l. 3. §. 1. verb. & Jane battenus tenebitur &c. quibus verbis Ulpianum Pomponii sententiam corrigere, recte observarunt Viri Clar. Needt. & Voorda, locc. supra citi.

Otton. Tom. III. p. 780. seqq.] Jac. Gothofred. h.

L. CXCIX.

Non potest dolo carere &c.] Nec aliquid pro se allegare.

L. CC.

IDEM lib. VII. Epistolarum.] Junge l. 4. de divers. tempor. praescript. unde casum ponit Jac. Gothofredus.

Quoties nihil sine captione &c.] Facit hoc Quinetilian. Declam. 276. Illud, *judices, ante omnia intueris oportet, si quid ex Lege inclinandum sit, spectare, ut quam minimum ex eadem pereat, &c.* Victorin. in Cicer. Rhetor. II. p. 228.

L. CCI.

IDEM lib. X. Epistolarum.] Jac. Gothofredus refert ad regulam Catonianam: quod verba docent.

L. CCII.

Omnis definitio in Jure Civili periculosa est: &c.] Paganin. Gaudent. Juridic. exposit. II. 46, [in Thes. Otton. Tom. III. p. 392. seq.] Quinetilian. Instit. Orator. II. 13. Propter quae mihi semper maris fuit, quam minime alligare me ad praecepta, quae zabolam vocant, id est, universalia, vel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqua, aut subrui possit. Add. Idem ibid. VII. 3.

*Definitio **] Plin. Histor. Natur. XVI. 22. Fal-

fa

* Id est, regula. Jac. Gothofred. h. Add. Majans. Disp. 43. §. 1.

ad tit. Dig. de Regulis Juris. 215

sa definitio est, non decidere his, quarum succus pin-
guior sit.

L. CCIII.

POMPONIUS lib. VIII. ad Quintum Mucium.*] Junge l. 66. de Jure dot. l. 77. de adq. vel. omitt.
heredjt. l. 45. de Legat. 2. Pone casum in l. 9.
§. 1. de vi & vi armat. Jac. Gothofred. h.

L. CCIV.

Minus est actionem habere, quam rem.] De pigno-
re accipit Jac. Gothofred. h. **.

L. CCV.

IDEM lib. XXXIX. ad Quintum Mucium.] Jun-
ge l. 67. de contrah. emt. Jac. Gothofred. casum
ponit in pignore.

Interdum] Id est, interim. Jac. Gothofred. h.

L. CCVI.

Jure naturae aequum est, &c.] Vid. Cicer. de
Offic. III. 6. Detrahere igitur aliquid alteri, & ho-
minem hominis incommodo suum augere commodum,
magis est contra naturam, quam mors, quam pauper-
tas, quam dolor, quam cetera, quae possunt aut cor-
pori accidere, aut rebus externis. ubi vid. Comm.

L. CCVII.

ULPIANUS lib. I. ad Legem Julianam & Papiam.]
Junge l. 25. de statu homin. Res

* Jac. Gothofred. ad princ. VI. Regul. Collect. putat,
Pomponium notas scripsisse ad Mucii Scaevolae Regulas, sed
minus recte. Vid. d'Arnaud. Var. conject. II. 29. p. 400.
Add. Bachium Hjst. Jur. III. 2. sect. 5. §. 13.

** Vid. ad l. 15. h. t.

¶16. Ant. Schultingi notae ad tit. Dig. de Reg. Jur.

*Res judicata &c.] Etsi male. Vid. l. 12. §. 30
de bonis libertor. l. 1. pr. quae sent. sine appell. re-
scind. l. 3. §. 3. de reb. eorum qui sub tut. vel cur.
sunt. Add. Herald. de Rerum judic. auctorit. I. 1.
num. 3. [in Thes. Otton. Tom. II. p. 1078.]*

L. CCVIII.

PAULUS lib. III. ad Legem Julianam & Papiam.]
Jac. Gothofred. *ad L. Jul. & Pap. Cap. XII.*

L. CCIX.

*ULPIANUS lib. IV. ad Legem Julianam & Pa-
piam.] Junge l. 10. de his qui sui vel alien. jur.
sunt. & ult. de adoptionib. l. 9. de captiv. & poft-
lixi. revers.*

*Servitutem mortalitati fere comparamus.] L. 59.
in fin. de condit. & demonstr. Cujac. Obs. XVIII. 14.
& sic liberi hic sunt, ut amissi, si sint facti servi.
Jac. Gothofred. h. quem etiam vid. *ad L. Jul. &*
*Pap. Cap. XII.**

*Fere] Poenae servitutem non semper. l. 3. §. 1.
de his quae pro non script. **

L. CCXI.

PAULUS lib. LXIX. ad Edictum.] Junge l. 7.
*Si quis caut. in judic. sist. causs. fact. non obtemp.
ubi & haec verba.*

Servus Reipublicae caussa abesse non potest.] Ab.
sunt haec** a Cod. Florent. Vid. Augustin. Emend.
III. 1. [in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1497.]

* Add. Merill. Obs. V. 13.

** Sed Basilic. ea habent. Jac. Gothofred. b.

ERRATA

- Pag. 10. in med. & pag. 12. in fin.* Hofman. *lege Hoffman.*
— *11. in med.* Perizon. *ad Sancti Minerv.* IV. §. 3. *lege*
IV. 5. 3.
— *31. circa fin.* Perenonius *lege Perrenonius*
— *44. reg. ult. voluptuaris impensis adcenfenda lege vo-*
luptuaris impensis ordinario adcenfenda
— *82. reg. 3. sit lege fit*
— *86. circa fin. & pag. 96. circa fin.* d'Arnaudt. *leges*
d'Arnaud.
-

